Durandus de iurisdictione ecclesiastica.

Circa originem potestatum et iurisdictionũ quibus populus regitur Queritur primo. vtrũ potestas secularis per quã homo regitur quantum ad temporalia sit a deo. Et arguitur quod non: quia que a deo sunt ordinata sunt: vt dicit romanorum decimotertio. Sed in potestate vel auctoritate dominij temporalis inueniuntur multe deordinationes vt pote quia puer dominatur seni et stultus sapienti. ergo talis potestas vel dominium non est a deo.

¶ Item Osee octauo dicitur ex persona domini de malis principibus ipsi regnauerunt et non ex me. ergo videtur quod potestas malorum principũ non est a deo. ¶ In contrarium est quod dicitur romanorum decimo tertio. Non est potestas nisi a deo et qui potestati resistit dei ordinationi resistit: quod esset nisi potestas et dominium essent a deo ordinata. ¶ Responsio. dicendum est quod potestas et dominium regendi populum est a deo quantum ad debitum non autem semper quantum ad acquisitionem vel vsum quando videlicet male acquiritur vel post acquisitionem homo male vtitur.

¶ Primum patet sic. Id quod est debitum esse in omnibus secundum rectam rationem est debitum esse in eis secundum diuinam ordinationem quia ad hoc deus rationem in hominibus indidit vt ipsi secundum rectam rationem viuant sed secundum rationẽ rectam debitum est potestatem regiminis esse inter homines: ergo illud idem debitum est secundum diuinam ordinationem. ¶ Maior iam patet. sed minor probatur. quia illud est secundum rectam rationem in moribus quod est secundum conformitatẽ ad bonitatem que est in rebus naturalibus: quia ars imitatur naturã. sed potestas dominij et regiminis est secundum conformitatem bonitatis que est in rebus naturalibus ergo. etc. Maior simili adhuc probatur. quia in naturalibus inferiora reguntur per superiora et multitudo per vnum denique totum vniuersũ ad modum exercitus ordinatur sub vno principe qui est deus vt dicitur. xij. methaphisice ergo etc. Item philosophus dicit primo politice quod in omni pluralitate ordinata male est et expediens quod vnus principatui cetera sint subiecta ergo in pluralitate hominum debitum est et expediens quod aliquis presit et ceteri sint subiecti in hoc autem consistit ordo et ratio potestas et dominium. ergo potestas et dominium ad regendum populum est in hominibus secundum debitum rationis et diuine ordinationis. Non est ergo intelligendum quod auctoritas iurisdictionis seu regis secularis sit a deo hoc modo quod deus a principio quo creauit genus humanum commiserit alicui homini regimen aliorum aut quod dederit speciale preceptum seu fecerit specialem ordinationem quod quis presit alijs sed solum auctoritas iurisdictionis seu regis sic est a deo: quia secundum rectam rationem quam deus indidit homini debitum est et conueniens talem auctoritatem regis esse inter homines Et quod ipsi inter se de hoc communicant. Quamuis enim a principio quo deus hominem creauit Dederit ei / vt preesset piscibus maris. Et volatilibus celi. Et

bestijs terre. vt dicitur genesis secun-
do. Tñ nulli hoī ꝯmisit specialiter do
miaṙ super alios homines nec de hoc
fecit speciale preceptum nec specialez
ordinationem in benedictione sic igi-
tur. et non aliter auctoritas iurisdicti
onis secularis inter homines est adeo
nisi in aliquibus de quibus deus speci
aliter ordinauit et mandauit ꝙ pre-
essent certe genti vt infra dicetur. Sz
priuilegia paucorum non faciunt le-
gem communem. ¶ Dico tamen ꝙ
assecutio potestatis seu dominij ⁊ vsus
non semper est a deo videlicet quando
modus perueniēdi ad potestatem seu
dominium vel vsus potestatis iaz ad-
cepte seu dominij est malus et illicitus
de quibus intelligitur illud quod dici
tur osee octauo. Ipsi regnauerunt et
non ex me principes extiterunt ⁊ non
cognoui. modus aūt debit⁹ ꝑueniēdi
ad potestatem seu auctoritatem regē
di populum dux videlicet per heredi-
tariam successiouem et per electionē
Sed modus proueniendi per heredi-
tariam successionem: non potest esse
primus. Qui enim succedit alij non ē
primus quia alius precedit: igitur pri
mus modus perueniendi debite ad
auctoritatem regiminis est per electi
onem dei vel hominum. Et ille qui ē
per electionem specialez dei rarus fu
it et quasi priuilegiatus. Ille autem
qui est per electionem et consensum
populi est communis. ¶ Omnis au-
tem alius modus perueniendi ad au-
ctoritatem regiminis puta per violē-
tiam potentias vel astuciam fraudu-
lentiam est illicitus. ¶ Et si aduerti-
mus processum sacre scripture inue-
nimus clare ꝙ potestas iurisdictiōis
secularis quantum ad quattuor impe
ria videlicet assiriorum et caldeorūm
quantum ad primum medorum et

persarum quantum ad secundum gre
gorum quantum ad tertium romano-
rum quantum ad quartum non fuit
a principio legitime introducta sed ꝑ
violentiam vsurpata. ¶ De imperio
enim assiriorum et caldeorū patet hoc
illud enim incepit a nemroth / de quo
dicitur genesis primo capitulo ꝙ ipse
cepit esse potens in terra et erat robu
stus venator coram domino idest op-
pressor hominum sicut ibidem exponi
tur per magistrum hystoriarum et a-
lios expositores vnde per violentiam
et oppressionem aliorum acquisiuit i-
bi regnum et imperium et fuit pri-
cipium regni eius babilon et arach et
chalanne ī terra sennaar. ð qua egres
sus est assur qui edificauit niniuem vt
in eodem capitulo dicitur. ¶ De im-
perio autem medorum et persarum /
quod fuit introductum per violentiā
patet danielis quinto capitulo vbi le-
gitur ꝙ interfectio balthasar rege ba
bilonis per cyrum et darium transla-
tum est regnum et imperium in me-
dos et persas. Nec obstat ꝙ de ciro ꝓ
fetatum fuerat prius per ysayā qua
dragesimoquinto capitulo vbi dicitur
sic. xpo meo ciro cuius apprehēdi dex
teram / vt subiciam ante faciem eius
gentes et dorsa regum vertens ꝑ hoc
videntur ꝙ ipse voluntate et auctori-
tate dei ⁊ sic legitime successerit in re
gnum et imperium cuius oppositum
dictū fuit. s. ꝙ hoc imperium vsurpa
tum fuit ꝑ violentiam et non legiti-
me introductū. Et dicendū est ad hoc
dupliciter. vnomodo ꝙ cir⁹ nō succes-
serit illi⁹ imperij fuit per sol ī violen-
tiā vsurpata. Scdo qꝛ secundum bea.
Aug. deus cū sit summe bonus nō si-
neret mala fieri nisi ex malis sciret eli
cere bona et qꝛ deus ꝑuidit ꝙ cir⁹ ad
epto imperio ꝑmitteret filios israel ex

ire de captiuitate et redire in hierusalem ad cultum dei quod fuit valde bonum et cessit ad magnam gloriam dei si permisit q veniret ad ipsis licz p violentiam et vsurpationem quia ex hoc secuta sunt duo bona .s. interfectio iniqua balthasar qui vasa domini exposuit ad bibendum cu concubinis suis vt legitur danielis vi. cap. et liberatio populi dei de captiuitate babylonica auctoritas ergo ysaye xlv. superius allegata qua dicitur xpo meo. &c. non est sic intelligenda q ipse auctoritate dei obtinuerit imperiuz sed per eam datur intelligi in potentia resistendi in balthasar et regibus sibi adherentibus et ordinatio dei deliberatione populi q innuit textus illius ca. vbi dicitur Accinxi te et non cognouisti me vt sciant. &c. q.d. Accinxi te fortitudine ad bellum contra regem babylonis et auxiliatores eius sed tu no cognouisti me quia in bellendo non habuisti oculuz ad deum ego tamen totum ordinaui ad deliberationem populi mei et sic illa auctoritas non arguit q cirus fuerit adeptus imperium. Post imperiu medorum et persarum successit imperium grecorum non per viam legittiman electionis vel hereditarie successionis sed per meram violentiam potentie et armorum. sicut clare patet i principio primi libri machabeorum: vbi dicitur q alexander rex grecorum percussit darium regem persarum et medorum et constituit prelia multa et interfecit reges terre, et sic obtinuit imperium De imperio autem romanorum clare patet ex cronicis et diuersis hystoriis q insurrexit per potentiam et secularem prudentiam. Ex quibus patet q potestas secularis quantum ad quattuor predicta impia sibi inuicem succedentia non fuit a principio legitime introducta si per violentiam vsurpata in signum huius hec quattuor imperia seu regna ostensa sicut danieli i visione sub similitudine non hominu sed bestiarum. quia non insurrexerut per viam rationis sed impetu sensualitatis quantu ad prima sui originem Si aute processu temporis hec regna reducta sunt ad statum legittimu opz q hoc fuerit accedente consensu populi expresso vel interpretatiuo de regno autem israel legimus q habuerit legitimu initiu. Saul enim prim⁹ rex forte fuit electus auctoritate domini et ex consensu populi eo autem reprobato propter inobedientiam electus fuit dauid a deo et vnctus per samuelem vt legitur phoru. xvi. et filii eius successerunt ei in regnum ex ordinatione dei. Ad rationes respondendum est et causa patet de facili responsio. Ad primam rationem quia quis i acquisitione potestatis et iurisdictionis et in eius vsu vel abusu possit esse deordinatio tamen in ipso ordine superioritatis et subiectionis in quo consistit dominium et auctoritas iurisdictionis non potest esse deordinatio sicut ordo non potest esse inordinatus: quia tam non esset ordo. Ad secundaz responsu est in corpore solutionis: ro autem in proposito opposito solu probat q ptas iurisdictionis est inter homines a deo insitum deus indidit hominibus rationem per quam debituz est in hominibus esse talem ptatem p pter bonum regimen eorum

Secundo queritur vtrum preter potestatem laica et secularez sit vel esse debeat alia ptas iurisdictionis necessaria vel expediens ad bonum regimen populi. Et arguitur q no quia pluralitas principantiu non est bona:

vt dicitur xij. metha. in finē sed plura-
litas ptātū et iurisdictionū disparata
rum quaꝝ vna non continetur sub ali
a arguit pluralitatem principatuum
quorum vnus non est sub alio ergo ta
lis pluralitas no est expediēs neqꝫ bo
na igitur preter potestatem secularē
de qua in precedente questione dictuꝫ
est nō oꝫ aliam ponere que non sit ei
subiecta vel econuerso. Item sufficit
populo ꝙ viuat virtuose: sed ad hoc
sufficit ptās secularis q̄ per peāsꝛ pri
ma premia ꝛ per leges intendit hōies
facere bonos et virtuosos et operato
res bonorum vt scribitur. ij. ethi. ergo
alia potestas non est necessaria ad regi
men populi. In contrarium est qꝛ chri
stus dedit petro ꝛ apostolis potestatē
excommunicandi. Mat. xviij. dicens.
Qui ecclesiam non audierit sit tibi si
cut ethnic⁹ et publicanus. Et subdit
amem dico vobis. Quecunqꝫ liga-
ueritis super terrā erunt ligataꝛ in ce
lis. Et quēcunqꝫ solueritis super ter-
rā erunt soluta et in celo. hic autēꝫ po
testas data apostolis ad bonum regi
men populi est alia a potestate secula
ri ergo. ꝛc. Rñsio. Uidendū est pīo ad
quid ordinatur ptās iurisdictionis et
ex hoc apparebit propositū. Quantū
ad primū sciendum est ꝙ ptās iurisdi
ctionis ad hoc ordinatur vt hōies ar-
ceantur a malis et inducantur ad bo-
nam vnde pri. pe. ij. dr de ptāte iurisdi
ctionis ꝙ est ad vindictam malefacto
rum laudem vero bonorum. Et ad ro
manos. viij. Uis non timere potesta-
tem bonam fac et habebis laudēꝫ ex
ea. Naꝫ principes non sunt timori bo
ni operis sed mali. ¶ Ex hoc ad pro-
positum dicendum est ꝙ si bona ad q̄
facienda homines debent induciꝛ ma
la a quibus homines debent arceri ꝑ
tinerent solum ad presidentē ciuilem

vitam et politicam sufficeret ad regi-
men populi potestas iurisdictionis se
cularis nec alia aliqua esset necessaria
cuius ratio est quia per virtutes mo-
rales et acquisitas et maxime per pru
dentiam et iusticiam que debent esse
in rectore pt sufficienter regi et dirigi
vita presens moralis et politica sic pre
cise accepta sed hic possunt et debent
inesse principe seculari hñti potestatē
regendi populum quantum ad presē
tem vitam ciuilem et politicam ergo
preter potestatem secularem nulla ali
a potestas est necessaria ad regendum
populum in vita ciuili et politica sic p̄
cise accepta. Sed quia vita fidelium
christianorum non tendit soluꝫ ad bo
na et mala presentis vite. ergo princi-
paliter tendit ad bona future vite et
ad ea acquirenda ordinant omnia bo-
na vite presentis secundum illud ma.
viij. Primū querite regnū dei et iusti
ciam eius sūme. ꝛc. horret inter omēs
penas illos q̄ post mortem corporis a
nimā ꝛ corpus finaliter perpetuo i ge
hennā. vnde mat. x. ca. Nolite timere
eos qui occidunt corpus aiam aūt nō
possunt occidere: timete eum qui pōt
animam et corpus mittere in gehen-
nam et idem habetur luce. xij. Ideo in
ter fideles et christianos ne exhorbi-
tent a fine quem intendunt et si erra
uerint in vita reducantur ad eaꝫ neces
saria est aliqua potestas ad quem per
tineat eos ad finem predictum dirige
re et deuiantes corrigere et ad rectaꝫ
viam reducere non solum ex homini-
bus sed penis congruentibus. Et q̄a
ad hoc non sufficit potestas secularis
que de se nichil nouit de penis et pre
mijs vite future nec de meritis: que
ad eas producunt seu abducunt.
Iō preter eā inter christianos necessa-
ris ē alia ptās q̄ cōi noīe ptās vocatur

spūalis quā xp̄s ver⁹ de⁹ ⁊ verus homo dedit petro q̄n ei cōmisit regimē ecclesie vniuersalis. Jo. vlt. ca. Et p̄us promiserat dicens. Tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunq̧ ligaueris super terram erit ligatum ⁊ in celis. Mat. xvi. Et differt hec potestas q̄tum ad suam primam originē a potestate seculari quia huius potestatꝭ origo fuit a deo immediate. vz apposi tio tradente eam certe persone. s. petro pro se ⁊ successoribus eius a quib⁹ deriuantur in alios. ¶ Potestas aūt secularis non fuit sic a principio instituta sed modo quo dictum est in p̄ns questione in corpore q̄onis q̄uis in q̄busdam regnis ⁊ maxime in regno iudee fiunt aliquid simile vt dictum fuit in fine eiusdē questionis. vnde seq̄tur q̄ potestas spiritualis ecclesie nō solum est in legitima sed etiam q̄tuz ad suam primam inquisitionez quod non potest dici de prima acquisitione potestatis secularis saltem q̄tum ad imperium. ☞ ¶ Ad primum argumentum dicendum est q̄ pluralitas principatum quorum vn⁹ non subest alteri non est bona sed non est sic in proposito quia inter omnes christianos potestas principatus secularꝭ subest aliquomodo potestati iurisdictionis spiritualis ecclesiastice vt patebit in sequentibus. ¶ ☞ Ad secūdū dicendum est q̄ nō debet sufficere populo fideli qualis est populus christianus q̄ veniat virtuose q̄tum ad virtutes morales et politicas de quibus loquūtur morales ph̄i sed oz q̄ viuat scd̄m virtutes theologicas que dirigūt actus fideliū ⁊ xp̄ianorum ad vitā btām de qua vita ⁊ virtutibus theologicis ad eam dirigentibus nihil nouit ratio naturalis nec potestas secularis super eam fundata.

Tercio queritur vtrū hee due potestates seu iurisdictiones possint cōcurrere in vna p̄sona ita q̄ vna ⁊ eadē p̄sona hēat vtrāq̧ ptātem seu iurisdictionē. Et videtur q̄ nō q̄z due species eiusdē generis proximi nō se cōpaciūtur in eodē subiecto sicut homo ⁊ asinus albedo ⁊ nigredo sed hee due ptātes seu iurisdictiones sūt due species eiusdem generis proximi ergo non compaciuntur se in eadē persona. Item mat. xxij. dt xp̄s. Reddite q̄ sunt cesaris cesari ⁊ q̄ sunt dei deo. in quo vꝭ minuere diuisionem iurisdictionū predictarū spūalis vz ⁊ temporalis ⁊ personarum in quas cadūt q̄z tp̄alis cadit in cesarē spūalis vero in prelatos qui sunt vice dei ī terris igiꝭ predicte due iurisdictōnes nō debent esse in eadem persona. Itē xp̄s q̄ spūalem potestatē dedit ecclie in petro et successoribus suis abiecit a se oēz potestatē secularē. vn̄ cuidā dicenti sibi. Magister dic fratri meo vt diuidat mecū hereditatē. R̄ndit. O hō q̄s cōstituit me iudicē ⁊ diuisorē inter vos Lu. xij. c. Et cū populus vellet eū facere regē fugit. Jo. vi. c. Item coram pilato dicit. Regnum meum nō est de hoc mundo. io. xviij. c. Itez ip̄e soluit tributum vt legiꝭ Mat. xvij. qđ non fecisset si fuisset dn̄s temporalis non videtur autem probabile q̄ ipse dedit maiorem potestatez petro et ecclesie q̄ ipse in seipso voluit habere: ḡ xp̄s nullam potestatem temporalem dedit ecclesie. Constat autem q̄ spiritualis ptās non cadit in pn̄cipem sclarē ḡ iste due ptātes seu iurisdītōes nō sūt in eadem persona iuste. Item prima pe. ij. dicitur subiecti estote omni humane creature ꝓpter deum siue regi tanq̄ precellenti siue ducib⁹ tanq̄ ab eo missis ex qua auctoritate videtur

ꝙ tota potestas temporalis pertine͂at ad solos reges et principes seculares et nunꝗ͂ prius. Item istud idez ca uetur lege imperatoris qua dr̄ sic ma gna enim dona a deo collata sūt sacer docium et imperiuz sacerdociū vt di uinis imperium vt humanis preessz in corpore autem quomodo oz ep̄os et reliquos clericos ad ordinationē perduci in prin coll. prime. Igitur a principio potestas ecclesie se extendit solū ad diuina et spiritualia potestas vero secularis ad temporalia. Et isti sūt termini antiqui qui non debent trāsgredi secundum illud prouerbioꝝ. xxij. ne transgrederis terminos antiquos prefuerunt patres tui. Item officia debent esse impermixta alioquin seq̄retur confusio Sed aliud est officium iurisdictionis spiritualis et aliud est officium iurisdictionis temporalis ergo hec duo officia non debent misceri in eadem persona. In contrarium arguit quia in primitiua ecclesia ⁊ q̄si in ipsis inicio nascētis ecclesie petrus dampnauit sententialiter pro crimie furti qđ est crimē ciuile ananiā et saphiram pena mortis tp̄alis que ē pena ciuilis ⁊ sic vr̄ ꝙ potestas data petro et eccl̄ie extēdebat se ad delicta ciuilia et ad penas ciuiles ⁊ non solū ad spiritualia. R°. Ista questio non est dubia q̄tum ad illud qđ p̄a facie querit Sed aliqua argumenta statim facta arguendo ad questionem implicant vnum quod est dubium vz. Utrū potestas iurisdictionis ecclesiastice se extendit aliquomodo ad ea que subsūt iurisdictioni seculari sicut sunt actiones laicales personarum personales laicorum et mixte. ¶ Quantuz ad primum quod queritur principaliter dicendum est ꝙ vtraqz potestas secularis et ecclesiastica possunt eidem persone competere. Quod patet ratione et auctoritatibus. Ratione sic. Ille potestates que nullam oppositionem vel repugnantiam hn̄t pn̄t eid persone competere: sz potestates seu auctoritates iurisdictionis spiritualis et temporalis sunt huiusmodi quia nullam expositionem seu. repugnantiam habent ḡ possunt eidem persōe competere. maior de se pz: sed minor probatur quia ad homines (qꝛ p prudenciam vel sapientiaz sciunt hūana facta bona vel mala recte discernere ⁊ per iusticiam debite ordinare p̄miando bona et puniando mala) pertinet de alijs iudicare. Et hoc est verū tam secundum philosophiam moralē que dicit ꝙ prudencia et iusticia sunt proprie virtutes principis quam secundum sacram scripturam que de sapientia iudicādi dt sap̄. vi. diligite lumen sapientie q̄ preest populis et salomon vt digne posset iudicare ppl'm petiuit a domino sapientiaz vt dr. iij. regū. iij. De iusticia vero dr sap̄. i. diligite iusticiam qui iudicatis terraz sapientia aūt seu prudentia tam de diuinis q̄ de humanis cognoscendis ⁊ iusticia de eis ordinandis non habent inter se oppositionem quia virtus non opponitur virtuti secunduz morales philosophos et secundum veritatem ymo quelibet virtus aliquomodo iuuatur per aliā et propter hoc hn̄t iter se quandam connexionem saltē admi niculatiuam ergo auctoritas seu potestas spiritualis iudicandi tā de spiritualibus q̄ de temporalibus nō hn̄t inter se aliquā oppositionē seu repugnātiā quin possint rationabiliter eidez persone conuēire ymo vna iuua tur et fulcitur per aliam. ¶ Secundo patet idem autoritatibus sacre scripture accipiēdo exempla in ea scripta

q̃ tradita sunt nobis vt auctoritates similia faciendi. Quecunq enim scri pta sunt ad nostram doctrinam scrip ta sunt: sicut dicit apostolus ad roma nos decimo quinto ca. Et ideo omit tendo paganos et infideles: qui sunt foris ecclesiam de quibus nichil perti net ad nos iudicare. sicut dicit aposto lus. i. ad corinth. quinto capitulo. Lo quamur de iurisdictione que inesse de bet inter fideles et christianos et fuit in populo dei ex eo tempore quo do minus precepit moysi vt educeret po pulum suum de terra egypti et inue nimus q pro toto tempore quo moy ses vixit et eduxit filios israel de ter ra egypti vsq ad iordanem quadragi ta annis ipse prefuit populo in iurisdi ctione tam spirituali q̃ temporali ita q in eadem persona moyses concur rit vtraq auctus. ¶ Quod enim ha buit potestatem spiritualem patet ex pluribus locis veteris legis in quibus legitur q ipse et sacrificia domino ob tulit et aaron et filios eius consecra uit in sacerdotes. Qd autem fuerit dux et princeps populi: habens pleni tudinem tocius iurisdictionis in popu lum dei quantum ad temporalia patz ex veteri lege in exodo leuitico nume ris et deuteronomio. in quibus null9 legitur iudicasse populum in tempora libus nisi moyses vel substituti per eũ videlicet septuaginta viri. de quibus legitur numerorum vndecimo capitulo. et alij de quibus legitur exo. xviij. ca pitulo. et sic patet q officium sacerdo tis non excludit moysem ab officio iu dicis in temporalibus sed potius red dit eum magis idoneum tanq̃ magis familiarem dei cuius est omne iudici um. Item samuel propheta simul fu it sacerdos et princeps populi in tem poralibus sicut apparet ex primo libro regum. Et quando populus penituit displicuit dño et dicit. Non te abiece runt sed me ne regnẽ super eos nouis sime vero tp̃e machabeorum reductũ est regnum ad sacerdotes et idem fiũt pontifices et reges seu duces populi: habentes regimen tã in spiritualibus q̃ in temporalibus sicut legitur. i. z. ij macha. de mathana et filijs eius vidz iuda. machabeo. ionatha et symone z iohanne filio simonis. qui in omnib9 q̃ spiritua. q̃ tempo. pfuerunt popu lo dei. Ex quibus pt dicere q prelati q̃ habent iurisdictionem spiritualẽ non debeant hr̃e iurisdictionem tp̃alem: nec de temporalibus iudicare multuz dissonat a scriptura veteris testamẽti Scriptum enim est expresse deutero nomij. decimoseptimo. Si difficile et ambiguum apud te iudicium esse p̃s pexeris inter sanguinem et sangui nem. causam et causam. lepram z non lepram. surge et ascende ad locuz quẽ elegerit dominus deus tuus z venies ad sacerdotes leuitici generis z ad iu dicem qui fuerit illo tempore queres que ab eis qui iudicabant tibi iudiciũ veritatem sequerisq eorum sniam et subditur. Qui aũt superbierit nolens obedire sacerdotis iperio z decreto iu dicis moriet hõ ille. Ecce q̃ manife ste apparet q̃ ad sacerdotem pertine bat iudicare nõ solũ inter leprã z leprã q̃tum ad cerimonialia z irregularita tes legis: sed inter sanguinem et san guinem quantum ad criminalia et in ter causam et causam: quantum ad ciuilia. ¶ Venimus autem ad nouum testamentum z ad legem euangelicã et inuenimus idem constat enim q a tempore constantini plures prelati pa pe videlicet et alij habuerunt non so lum potestatem iurisdictionis spiritu alis sed etiam temporalis. De papa

p3 hic xcvi.d. Constantinus de ceteris prelatis in regno francie et theutonie et in pluribus mundi partibus constitutis est notorium q ipsi a principio fundationis suarum ecclesiarum vel a tanto tempore de cuius contrario memoria hominum non existit cum potestate spirituali et ecclesiastica obtinuerit et ad hoc legitime obtinent ducatus comitatus et baronias cum iurisdictione temporali. ¶ Quis etiam audet dicere q assumptus in episcopum tenetur proprio patrimonio resignare credo q nullus sane mentis et tamen aliqui nobiles habentes ex proprio patrimonio potestatem iurisdictionis temporalis assumuntur pluries ad episcopatus et tunc simul habent vtramque potestatem spiritualem v3 et temporalem. Sic igitur p3 q potestas temporalis et spiritualis iurisdictionis possit eidem persone competere nec in hoc quod est est dubia. Illud autem q aliqua argumenta implicant v3. ¶ Utrum sola potestas iurisdictionis ecclesiastice spiritualis possit se extendere ad aliqua que videntur pertinere ad iurisdictionem temporalem sicut sunt actiones personales laycorum et mixte est magis dubium circa quod est intelligendum q aliqua possunt pertinere ad aliquam potestatem seu iurisdictionem tripliciter. Primo ex se. Secundo ex vsu et consuetudine. Tercio ex priuilegio seu ex concessione. ¶ Uideamus ergo quid competit ex se quantum ad iurisdictionem spiritualem et primo quantum ad personas. secundo quantum ad negocia seu causas. ¶ Quantum ad primas dicendum est q omnes xpiani cuiuscunque gradus vel status seu conditionis existant subsunt iurisdictioni ecclesiastice. Cuius ratio est nam scriptum ro. xiij. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit non est enim potestas nisi a deo inter christianos autem est duplex potestas spiritualis et ecclesiastica et temporalis seu secularis et vtraque est a deo secundum modum est precibus expositum. Et ideo vtrique potestati subsunt xpiani sed differenter q potestati temporali vel seculari subsunt christiani non vt xpiani q inter non christianos potest esse et est vel fuit illa potestas legitima sed solum vt ciues cures. Potestati autem spirituali et ecclesiastice subsunt vt christiani et fideles q potestas illa fundata est supra fidem v3 firmam petram per christum nobis traditam. Igitur omnes christiani fideles q viri et mulieres clerici et layci reges et principes subsunt iurisdictioni spirituali et ecclesiastice. Et cum predictam iurisdictionem habeat papa sine limitatione loci et personarum ideo omnes xpiani vbicunque sint debent ei obedire. Ceteris vero prelatis episcopis archiepiscopis et patriarchis in territoriis seu diocesibus et dyocesis sibi commissis tenentur obedire omnes xpiani manentes in eis. Et ideo clemens papa dicit et habetur extra de ma. et obe. c. q omnes principes terre et ceteros homines episcopis obedire beatus petrus precipiebat. Ab hac tamen obedientia seu subiectione papa qui est supremus in ecclesia potest aliquos eximere. Et sic patet q omnis christianus cuiuscunque status vel conditionis existat subiectus est iurisdictioni spirituali ecclesie. &c. ¶ Utrum autem ecclesiastica et spiritualis extendat se ad omnes actiones papales omnium xpianorum non solum clericorum sed etiam laycorum. Dicendum est q de se et iure suo extenditur ad cognoscendum et iudicandum de omnibus peccatis non solum de illis que sunt

contra articulos fidei ⁊ sacramēta in
quib⁹ principaliter fundaꝝ religio cri-
stiana sꝫ etiā de oībus peccatis morta
libus. Qđ pꝫ primo ratione irrefra-
gabilis sic. Cuius est considerare finē
eius est iudicare de hijs que dñt ordi-
nari ad finē qꝛ ratio eoꝝ que ordinaꝝ
ad finē sumitur ex fine debet enī in-
tendens aliquē bonū finē eligere ea q̄
sunt congrua fini et tollere ea que fi
nem impediunt verbi gratia medic⁹
considerat sanitatē corporis et certe su
um est iudicare de hijs que cōseruāt
sanitatē ⁊ de hijs que eam impediūt:
vt ab eis abstineatur. Et consiliū est in
omnibus sed corpus ordinatur ad a-
nimā etiā scđm gentiles pħos ⁊ tp̄a-
lia ordinantur ad spiritualia ⁊ omnes
actiones christianoꝝ dñt ordinari ad
consequendā vitā eternam tanꝙ ne-
minē finem vltimum ꝭm fideꝫ catho
licam in sacra scriptura traditaꝫ cui⁹
ergo vel quoꝝ est considerare de salu
te anime ⁊ de spiritualib⁹ sicut ē pre-
latoꝝ curam ⁊ regimen animarū ha
bētium vt sunt papa et alij archiepis
copi ⁊ epī eorum est iudicare de actio
nibus personalibus hominum ꝑ q̄s
possunt deuiare a salute sua peccan-
do circa quamcūq; materiam siue cō
tra articulos fidei ⁊ sacramēta siue cō
tra bonos mores peccando in seipsuꝫ
vel in proximū verbo vel fctō seu q̄cū
q; alio. Scđo pꝫ ex auctoritate domi-
ni. M.xviii. vbi dꝛ sic. Si peccauerit i
te ff tuus corripe eum inter te ⁊ ip̄m
solū si te audierit lucrat⁹ eris fratreꝫ
tuū si te nō audierit adhibe tecū vnū
vel duos testes vt in ore duoꝝ vł triū
stet oē verbū ꝙ si non audierit dic ec-
clesie. Si autem ecclīam nō audierit
sit tibi sicut ethnic⁹ ⁊ publicanus. idē
excōicatus ⁊ cōstat ꝙ loquiꝝ de iuris-
dictione ecclesie quam habent prela-
ti nā ibidē subditur amen dico vobis
Quecunq; alligaueritis super terrā
erunt ligata et in celo. Igitur sine vl
la dubitatione ad ecclesiā pertinet iu
re sibi a deo collato cognoscere ⁊ iudi
care de pctō quocūq; vn̄ btūs paulus
excōicauit fornicatorē notariū vt legi
tur. i. coꝝ. v. Cū igitur peccata contin
gant circa actiones hoim ⁊ circa con-
tractus eoꝝ de oībus hijs pertꝫ ad ec
clesiam iudicare. Maxime si intue[...]r
actio ꝑ modum iniurie vel cuiuscūq;
alterius peccati tā inter clericos vł in
ter clericū ⁊ laycū q̄cunq; eoꝝ sit actor
vel reus. Nec in predictis pōt dici ꝙ
reus trahatur extra forū suū qꝛ oīs
xp̄iani inq̄ꝫtum xp̄iani sunt pertinēt
ad forū ecclesie vt supra dictum fuit.
Et hoc est quod expresse dꝛ in canone
xi. q. i. c. Quecunq; vbi dicit quecun-
q; contentiones inter xp̄ianos orte fi
unt ad ecclīam deferātur ⁊ ab ecclia-
sticis viris terminē tur. Et si obedire
quousq; obediāt a lūinib⁹ ecclesie ex-
cludantur. Nec ꝓp hoc eneruaꝝ iuris
dictio principum seculariū que de ac-
tionib⁹ ⁊ cōtractionib⁹ subditoruꝫ su
orum vꝫ laycoꝝ hꝫ t cognoscere eti-
aꝫ iudicare qꝛ predicta iurisdictio eis
non auffertur nec ipediꝝ. Si enī actor
voluerit potest reum trahere ad iudi
ciū seculare ⁊ tūc iudex laycus cogno
scit. Si aūt vult eū trahere ad iudiciū
ecclesie pōt precipue intentando acti
onem iniurie vel peccati quia quilibꝫ
laycus christianus est vtriq; iudicio
subditus vni vt ciuis alij vt christia-
nus et quelibet potestas pōt et in euꝫ
exercere iudiciū suū si ad aliud euoce
tur sꝫ in opositione actoris est euoca-
re reū ad hoc vel illud iudicium ⁊ non
ad vtrumq; siꝝ. Et sic potest intelligi il
lud qđ hꝫ in decretis. dist. xxij. ca. pri-
mo vbi dicitur ꝙ christus commisit

beato petro iura celestis imperii ter ram. Et qui hoc priuilegium romane ecclesie detrahit in heresim labitur et hereticus est dicendus. veruntamen quamuis hoc sit ius ecclesie sibi a deo collatum tamen ipsa non semper vsa est isto iure nec vbique pertinet ad vitandum scandalum ne putaretur quod ecclesia magis quereret emolumentum potentie quam correctionem viciorum partim propter maliciam aliquorum tirannorum in quorum terris plures ecclesie sunt fundate qui propter suam violentam potenciam non permiserunt ecclesiam vti iure suo: sed in regno francie xpianissimo in quo fuerunt reges ecclesie deuoti a principio quo fuerunt christiani. Ecclesia liberius vsa est iure isto et tanto liberius quanto plus appropinquat sedi regni. Sic igitur patet primum. scilicet quantum extendit se iure suo iurisdictio ecclesiastica. ¶ Quantum ad secundum. scilicet quantum extendit se ex vsu vel consuetudine non potest vno verbo dici quia non omnes ecclesiastice iurisdictiones habuerunt nec habent eosdem vsus et consuetudines sed quedam vtuntur pluribus quedam paucioribus veruntamen si vsus ille consistat circa actiones papales et contractus modo quo superius dictum est: in hoc acquisitio iuris noui cum hoc competat ecclesie iure suo vt statim dictum est sed est executio iuris primi dati a deo quod fecit forsitan quandoque impeditum et postea expeditum vel saltem non impeditum quantum ad executionem vel est confirmatio iuris preuious quia nihil prohibet aliquid competere ecclesie duplici iure. Si autem vsus ille sit circa actiones mere reales vt dicitur esse in quibusdam ecclesijs paucis tamen sic dicendum est quod adhuc consuetudo potest in talibus habere locum et dare iurisdictionem sicut expresse dicitur extra de iud. nouit. vbi dicitur sic non enim intendimus iudicare de feodo cuius ad ipsum scilicet regem spectat iudicium nisi forte iuri communi per speciale priuilegium vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum igitur per consuetudinem potest alicui acquiri ius cognoscendi et iudicandi de feodo alterius alioquin frustra poneretur illa exceptio nisi forte ex forciori ratione potest consuetudo locum habere in alijs mere realibus non feodalibus nunc restat videndum de tercio scilicet quid competat ecclesie ex speciali priuilegio seu concessione. ¶ Et notandum quod priuilegium proprie dictum est quod continet specialem gratiam concessam alicui contra vel preter ius commune et isto modo ecclesia non indiget priuilegio humano quantum ad iurisdictionem in spiritualibus et in delictis et in quibuscunque actionibus partialibus seu contractibus in quibus potest notari peccatum quia hanc habet a deo sicut patet ex hijs que dicta sunt in primo articulo huius questionis. Et ideo non indiget quod ab alio concedatur ei sed quia executio huius iuris pluries et in pluribus locis impedita fuit. Si aliqui deuoti reges aut principes ordinauerunt et statuerunt quod ecclesia non impediretur in executione huius iuris. Talis ordinatio potest largo modo vocari priuilegium non ex eo quod conferat sed quia tollit impedimentum executionis iuris debiti et sic ecclesia gallicana dicit se habere plura priuilegia a regibus francie scilicet ludouico philippo filio eius philippo pulchro. Ludouico filio eius et philippo fratre dicti ludouici qui omnes prodiciones et statuta sua prohibuerunt quod ecclesia non im-

pediretur in extencione iurisdictiõis eã et competit de iure vel consuetudine rex etiam frãcie in coronatione sua iurat et promittit se seruaturum ecclesias regni sui priuilegia iuris canonici in quo manifeste datur intelligi ꝙ seruetur iurisdictio ecclesie que cõpetit et non solum de iure sed etiaꝫ de consuetudine vnde canones decreuerunt consuetudinem approbatam habere vim legis et etiam sententia excommunicationis fertur contra ipedientes iurisdictionem que competit ecclesie de iure vel de facto aut de consuetudine approbata vt patet extra de immutante ecclesiarum capitulo quoniam vt intelleximus de iurisdictiõe vero in causis mere realibus ꝙuis ipsa competat quibusdam ecclesijs paucis tamen ex consuetudine vt superius dictum est tamen ꝙ competat alicui ecclesie ex priuilegio cuiuscũqꝫ principis vel domini temporalis ignoro et vix credo per modum neutrum vnde ipsi conantur aufferre ecclesie iurisdictionem quam habet a christo in omnibus peccatis: et per consequens in omnibus actionibus ecclesie quas intentari potest ratio in ymagibile est: ꝙ ipsi dant sua qui conantur aufferre aliena. Uerumtamen theodosius et carolus magnus imperatores temporibus suis ecclesie omnia iudicia concesserunt vt habetur xi. questione prima. et cap. precę. allegato p innocen. ex. de mie ꝙuis postea talia fiunt obrogata et sic pꝫ ꝙ iurisdictio tpãlis et spiritualis pñt rationabiliter eidem personę cõpetere. Et ꝙ sola iuris. eccle. spiritualis extendit se ad oẽs xp̄anos tã clericos ꝙ laycos ꝙtum ad omnes actiones prochiales in quibus põt inueniri rõ peccati et sic vsa est ecclesia in regno francie et priuilegiata ꝙtũ ipediatur in iurisdictione in hijs que competũt ei de consuetudine vel de iure. ¶ Ad rationes ante oppositum respondendum est ad primã cum dicitur: ꝙ due species eiusdem generis proximi non compaciuntur se in codeꝫ subiecto vt homo et asinus albedo et nigredo dicẽdum est ꝙ ista ratio deficit in se et facientes eam cõtradicit sibijpsis deffi cit quiõ in se ꝙ maior nõ est vera vniuersaliter sed solum in illis in quibus ex speciali ratione iuenitur repugnãtia essendi simul verbi gratia in omnibus naturis per se subsistentibus ẽ repugnantia essendi in eodem subiecto ꝙ quelibet ex natura sua nata est constituere proprium suppositũ vt homo et asinus. Item in oppositis est repugnantia ex natura oppositionis et ideo in quocunqꝫ genere inuenitur oppositio in aliquas species oẽs spẽs illius generis sunt incompossibiles sicut est de albedine et nigredine et de omnibꝰ coloribus medijs ꝙ oẽs habent oppositiones inter se saltem imperfectã hijs autem exclusis species generis proximi possunt esse in eodem vt patet de virtutibus tam moralibus ꝙ intellectualibus. Potest enĩ idem hõ simul habere duas virtutes morales temperantiam fortitudinem iusticiam et c. pmo qui habet vnam perfecte et complete habet omnes sicut pꝫ ex ca. vi. ethicorum. Cum igitur potestas regiminis tam spiri. ꝙ tẽpo. immittatur. vł debeat immitti vtuti maxime prudentie et iusticie que debent esse in ratione pꝫ ꝙ iste potestates decẽter pñt eidem inesse. Itẽ isti qui fecerunt hãc rationem dixerunt ꝙ archiepiscopi et episcopi qui habent ducatus comitatus barronias ex fundatione ecclesiarum suarum vel ex propria hereditate seu ex acquisitione possũt bene hẽ

iurisdictionem et constat q̄ hēt spiri tualē: ergo habent vtramq̄ sil. Igit aut non sunt due species eiusdem ge neris proximi cuius oppositū debēt in minore propositione aut due speci es eiusdem generis proximi possunt simul esse in eodem subiecto cui⁹ op positum assumit in alia propositione et sic quocunq̄ dato semper sibi inui cem contradicunt. ¶ Ad secundam rationem cum dicitur q̄ in illa auctoritate domini Mat. capi. xxij. qua dicitur reddite que sunt ce saris cesari et que sunt dei deo. Innu itur diuino predictarum iurisdicionū et distinctio personarum in quas ca dūt. Dicēdū ē q̄ s3 v̄itatē text⁹ euan gelij intētio xp̄i non fuit isto in loco facere iurisdictionē de distinctione p̄ dictarum iurisdictionu3 nec signare personas in quas cadunt sed respon dere temptatiue qōni qui reputabāt se solos eē de populo dicitur alijs ex istentibus paganis ac agentibus q̄p obrem non credebant aliqui eorū ob ligari cesari pagano iperatori ad sol uendū istū sensū sc3 immunes se esse a sensibus et tributis asserebant eo q̄ vacabant diuo cultu vnius aeveri dei. Et ideo pharisei cu3 herodianis xp̄o hanc questionem temptatiue propo nebant dicentes Scilicet censu3 da re cesari an non vt si diceret non ac cusarent eū apud imperatorem si aūt diceret q̄ sic accusarent eum apud principes sacerdotum tanq̄ detrahē tem liberati cult⁹ soliusq̄ veri dei ihs autem sciens nequiciam eo4. Osten so sibi nūmismate cēsus inscripto y magine cesaris. Dicit reddite q̄ sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Et si secundum ritum legis in oblatiōe3 decimus et sacrificus. Ex quo patet q̄ christus loquebatur ibi de persone debitorum et non de dim⁹ne iurisdi ctionum nec de distinctione persona rum in quas cadunt sed dato adhuc q̄ christus loqueretur de diui⁹ne iu risdictionum tunc secundum eorum expositorem per hoc quod dicit. Red dite que sunt cesaris cesari. Intelligi tur iurisdictio principum secularium per hoc autem q̄ dicitur. Et q̄ sunt dei deo intelligitur iurisdictio prela torum: sed constat q̄ iurisdictio dei ē suprema et ad omnia se extendit et ab ipso iudicio omnis dependet. Nō eni est potestas nisi a deo. Ro. xiij⁹. ergo iurisdictio prelatorum quam i terris exercent vice dei est suprema int om nes et ad omnia se extendit et ab ip̄a omnis iurisdictio alia dependet inui te concederent nec nos ad p̄ns volu mus hoc asserere sumitur et absolu te sed tantum asserimus q̄ cum iuris dictio spiritualis quam habet eccle sia a christo respiciat finem vltimum s. salutem eterna3 propter quā acqui rendam et ne eam perdamus christ⁹ p̄dictā ptātem dedit ecclesijs in bea to petro et successoribus eius. Juris dictio autem pricipum secularium se extendat solum ad bona et mala p̄sen tis vite ciuilis q̄ omnia inter christia nos dēt ordinari ad futurā vitā sicut ad finē. ꝯ̄ns est q̄ sp̄ualis iurisdictio eccl̄ie se hēat ad iurisdictionē sclāre3 sicut ars q̄ cōsiderat finē se h3 ad artē q̄ considerat illud qd̄ ordinat ad fine3 puta militaris ad equestrā et eq̄stris ad rei publice vtilitatem. Constat au tem q̄ ars que considerat finem ipe rat arti que considerat illud qd̄ est ad finem sicut ars militaris que conside rat victoriā imperat equestri et simili ter est in alijs vt dicitur primo ethico rum ergo ptās iurisdictionis secula ris spiritualis hab3 iperare potestati

iurisdictiõis tẽporalis et illa tenetur obedire in casu suo verbi gratia aliq̃s laycus iuste excommunicatur per ecclesiam contemnit excommunicationem longo tempore nec vult redire ad gremium ecclesie certe ecclesia potest precipere domino temporali sub cuius dominio excommunicatus manet q̃ compellat eum per captionem bonorum et etiam persone si nota sit: vt satisfaciat et reddat ad obedientiam ecclesie. Et si dominus temporalis recusat hoc facere potest et debet excommunicari. Unde sanctus ludouicus statuit q̃ si aliquis manet excommunicatus per annum q̃ compelleretur per gentes regias ad faciendum se absolui. Et hoc in pluribus regni francie partibus obseruatur. ¶ Ad tertiam rationem de christo qui abiecit a se vt dicunt iurisdictionem temporalem

¶ Dicendum est q̃ qui dicit christum non habuisse omnem potestatem spiritualem et temporalem contradicit euangelio. Mathei vltimo. Ubi legitur christum dixisse. Data est michi omnis potestas in celo et in terra. Et apocalipsis primo dicitur princeps regum terre Sed bene contingit q̃ hijs potestatem et auctoritatem iurisdictionis non vtitur ea in propria persona nec decet quantum ad omnia ymmo minora debent committi minoribus et mediocra mediocribus et maiora sūmis sicut consultum fuit moysi a getro. Exodi decimooctauo. q̃ constitueret iudices qui minora et faciliora tantummodo iudicarent et difficiliora remitterent moysi iudicāda. et apl'i dixerunt in actib' vi. c. nō ē equū nos derelinq̃re verbū dei et ministrare mens' et p̄ hūc mūdū p' lȝ haberet oēȝ potestatē tñ sūmū opus ad qd venerat fuit instruere nos de fide sua et de redemptione nostra p̄ ip̄m fienda p̄p q̃d circa ista q̃si totaliter vocauit dimittēdo minora q̃ p̄ alios fieri poterant Et ideo puipendit dictum illius qui petebat hereditatem diuidi inter se et fratrem suuȝ luce duodecimo quia ad minores poterat recurrere fugit etiam qui populus vellet facere regem eum. io. vi. p̄pter duo primo quia cum ex se rex esseȝ noluit hoc regnum habere ab hominibus neq̃ per homines. secundo vt nobis qui puri homines sumus daretur exemplum fugiendi honores mundi q̃ñ offeruntur intuitu comodi tp̄alis sicut turbe voluerunt xp̄m facere regem quando pauerat eos quinq̃ panibus et duobus piscibus. Quod auteȝ dixit coram pilato regnum meū nō ē de hoc mundo non negauit p̄p hoc se esse regem ymmo postea expresse concessit Nam cum pylatus dixisset ei ergo rex es tu. Respondit tu dicis quia rex sum ego. Ego enim in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati nec dicit regnum meum non est in hoc mūdo cum regnum eius sit in celo et in terra. Sed dicit regnum meum non ē de hoc mundo quia nec electione mūdana nec successione humana fuit rex sed vnione beata Quis paruȝ aut quasi nichil vsus fuerit iurisdictione temporali. Et dico parum q̃ quando fecit quasi flagellum de funiculis et eiecit ementes et vendentes de templo nūmulariorum mensas subuertit videtur fuisse vsus potestate Unde et iudei dixerunt ei Dic nobis in qua potestate hoc facis veruntamen quia venerat nos principaliter redimere et saluare quasi omnes actus eius versabantur circa eruditio[illegible]m nostram. Et pauci Aut nulli circa exercitum cuiuscunq̃ Jurisdictionis. Non

quia vtramq3 potestatem non habe-
ret sed vt saluti nostre totaliter emē-
daret sicut dicitur Jo. iij°. non enim
misit deus filium suum in mondum
vt iudicet mondum :sed vt saluetur
mondus per ipsum. Explicto autem
sacramento nostre salutis per mortē
christi eius. Resurrectionem christus
commisit petro regimen ecclesie to-
tum q̄tum necessariū erat et expedie
bat ad regimen totius ecclesie. Et q
vtraq3 potestas temporalis et spiritu
alis est necessaria ideo vtramq3 pote
statem contulit petro. Et de potesta-
te quidam spirituali nullus christia-
nus dubitabat. De potestate autem
temporali patet act. v°. ca°. vbi legit
q petrus dampnauit iudicialiter a-
nanyam et saphiram pro crimine fur
ti et mendacij raro autem aut nunq̄
alibi legit q ipse vsus fuerit hac po-
testate propter paucitatem credenti
u3 super quos fuit data sibi potestas
Intentio petri et aliorum apostolo3
imitando christum fuit ad conuertē-
do alios ad fidem per predicatione3
et miraculorum operatione3 sicut di-
citur Mar. vltimo capitulo. Illi au-
tem profecti predicauerunt vbiq3 do
mino cooperante et sermonem cōfir
mante sequentibus signis. Multis
autem fidelibus per conuersionē gē-
tilium tam principum q̄ subditorum
vere remansit vtraq3 auctoritas vel
manere debuit apud ecclesiam cuius
est iudicare defuit eiusde3 et iudicare
de hijs q̄ ordinant ad finē vt supra di-
ctum est. ¶ Quod autem dicitur vlte
rius q christus soluit tributum patz
ex textu euangelij ibidem q christus
non soluit tanq̄ debitum ymo ante-
q̄ solueret declarauit petro se nō esse
debitorem tributi. Soluit tamen ip3
ad vitandum scandalum: vnde dicit
ne autem scandalizemus eos etc.
¶ Ad illud quod postea dicitur. Sub
iecti estote omni humane creature. etc.
Uidendum est q petrus beatus non
loquitur de subiectione vnius ad al-
terum quo ad iurisdictione3 quia sic
oporteret quemlibet esse subiectum
cuilibet quo ad iurisdictionem et e°
q̄tum ad christianos quibus omnib9
loquitur dicens. Subditi estote omni
humane creature quod est absurdum
s. q idem rectu eiusdem sit dominus
et subditus sed loquitur de subiectio
ne quo ad meritum humilitatis que
apud omnes debet seruari magis tñ
respectu regum et ducum et aliorum
qui in sublimitate constituti sunt: et
sic respondet et bene Innoc. Extra
de iud. c. nouit. ¶ Ad aliud dicendu3
est q tam sacerdotium q̄ imperium
sunt a deo per modum in precedenti-
bus expositum. Sacerdotium quidā
vt expresse diuinis et spiritualibs in-
tendent q̄tum est de prima principa-
li intentione sacerdotij. Sed quia di
uina et spiritualia perturbantur. Et
quandoq3 impediuntur per abusum
hominu3 circa temporalia ideo sacer
dotium secundario et ex consequen-
ti pertinet ad impedimenta et pertur
bationes tollere et impeditores ac p
turbatores ferite gladio spirituali.
Isti sunt veri termini iurisdictiōis spi
ritualis et temporalis a fundacōe ec
clesie quos transgredi non licet quia
iurisdictio temporalis nullomodo se
extendit ad spiritualia. de quibus ni
hil nouit iurisdictio vero spiritualis
se extendit primo et principaliter ad
spiritualia. Scdā ratio et per quan-
dam consequentiam se extendit ad a
ctiones hominum circa temporalia
que ordinantur ad spiritualia tanq̄
ad finem q̄tum abusus hominu3 cir

ca ea poteſt impedire finem. Ad vlti
mum conceditur q officia debent eē
impermixta alioquin ſequeretur cō-
fuſio. Dicendum eſt q iſtud habet lo
cum quando plures intermittunt ſe
ſimul de eodem negocio quod nō eſt i
propoſito quia de ſpiritualibus null9
poteſt ſe itromittere niſi iudex eccle-
ſiaſticus ꝛ de temporalibus vero non
intromittunt ſe ſimul iudex eccleſi-
aſticus et iudex laycus quia nullatē-
nus pro eadem cauſa debet ſimul tra
hi ad diuerſa iudicia ſed in oppoſiti-
one actoris eſt remouere advnum eo
rum et ille ſolus habet tūc cognoſce-
re de illo negocio et iudicare ꝛ ſic nul
la eſt confuſio. ¶ Ad confirmationē
autem eorum que ſuperius dicta ſūt
de iuriſdictione eccleſiaſtice ſup om-
nes chriſtianos et ſuper iuriſdictio-
nem laycam ſeu ſecularem facit illō
quod dicitur dañ. ij. ca. qualiter nabu
chodonoſor vidit per ſompnum ſta-
tuam magnam cuius caput erat ex
auro pectus et brachia de auro ven-
ter et femora ex ere tybie autem fer-
ree. Pedum vero pars ferrea quedā
autem fictilis. Poſt hec vero vidit
q abſciſus eſt lapis de monte abſq
manibus et percuſſit ſtatuā et concu
ta ſunt omnia. Tandem lapis creuit
in montem magnum ꝛ impleuit totā
terram. Hanc viſionem exponēdam
deo ſibi reuelante dicit q per capud
aureum dabatur intelligi regnū ipſi
us quod fuit etiam regnum celorū
Per pectus et brachia de argēto in-
telligitur regnum immediate ſucce-
dens quod fuit medorum et perſarū
Per ventrem vero et femora ex ere
ſignabatur tercium regnum vz gre-
corū per tybias vero ferreas regnū
romanorū datur intelligi. Unde ibi-
dem ſubditur : q ſicut ferrum me-
talla domat ſic regnum romanorum
ſubiecit ſibi oīa regna. nā ꝛcirca criſti
natiuitatē toto orbe ſubiecto q̄ te ro-
mano imperio exiit editū a ceſare au
guſto vt deſcribentur vniuerſis orbis
luce ſecundo. c. In diebus autem iſti9
regni romanorum ſubſcitauit deus
quintum regnum quod olim diſcipa-
batur regnum videlicet ipſius chriſti
de quo angelus luce primo ꝓdit virgi
ni marie dicens. Et dabit illi dominuſ
deus ſedem dauid patris eius et re-
gnabit in domo iacob ineternum ꝛ re
gni eius non erit finis. Et illud regnū
fere ſubiecit ſibi omnia regna mundi
ipſi chriſto per fidem et hoc ſignifica-
tum fuit per lapidem abſciſſum abſq
manibus de monte qui ſtatuam ꝑcuſ
ſit et contriuit hic autem lapis eſt cri
ſtus nam et de ſe ipſo loquens ait. La
pidem quem reprobauerunt edifican
tes hic factus eſt in caput anguli a do
mino ꝛc. Sicut lapis preſciſus fuit ſi-
ne manibus de monte ſic chriſtus fu-
it conceptus de virgine abſq ſeminū
commixtione. Et licet iſtud regnum
chriſti primo et principaliter ſe exten-
dat ad ſpiritualia verumtamen q2 ſpi
ritualia ordinantur ad temporalia. et
non econuerſo q̄ impediri poſſunt ꝑ
abuſum circa temporalia. Inde eſt q
regnum chriſti commiſſum eccleſie ſe
extendit non ſolum in ſpiritualib9 ſꝫ
etiam in temporalibus prout habetur
expreſſe in decretis diſtinctione duodē.
capitulo primo ſic vt in corpore queſti
onis dictum eſt videlitet q chriſtus ꝯ
miſit beato petro iura celeſtis imperij
et terreni. Et qui hoc priuilegium ir-
ritat aut detrahit in hereſim labitur:
et hereticus cenſendus eſt. Nec pro-
pter hoc dicere intendim9 q chriſtia-
ni principes ſeu reges ab eccleſia tene
ant terras ſuas ſiue regna in feodum

sicut aliqui quandoqꝫ male crediderũt quoniam ius feodorum est in conuentionibus hominum adinuentum. Sꝫ solum precise volumus dicere ꝙ regimen regum ⁊ quorumcunqꝫ principũ christianorum subest regimini ecclesie intantum ꝙ si cedat in subuersionem fidei aut bonorum morum correctio et directio ipõ iure pertinet ad ecclesiam. De imperio romano non est dubium quoniam subiciatur ecclesie non solum in predictis sed etiam ĩ pluribus alijs videlicet ꝙ approbatio ꝑsone ecclesie in regẽm romanorum et eius promocio ad imperium necnon et eius confirmatio pertꝫ ad summũ pontificem vt patet tam ex iure ãtiq̃ ꝙ nouo vnde et plures imperatores depositi per summos põtifices de depositione etiam cuiusdam regis frãcie per summum pontificem sciunt nonnulli quid actum est temporibus retroactis.

Expliciunt questiones de origine iurisdictionum compilate per fratreꝫ durandũ de sancto porciano ordinis predicatorum in sacra pagina doctorem et quondam episcopum melden̄.

¶ Tractatus de legibus domini durandi de sancto portiano ordinis fratrum predicatorũ epi meldensis prius vero auicieñ.


¶ Et ista ratio innuitur in decretis distinctione decima. Reges pontificibus propter eterna et pontifices regibus indigent pro temporalibus.

¶ Lex ergo vt superius dicebatur est quedam ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui vicem cōmunitatis habet promulgata

¶ Et ideo considerādum in p̄rio ethi corum et recitatur in decretis. Lex est nullo priuato cōmodo: sed pro vtilitate omnium scripta. ¶ Subiūgitur ab eo qui curam cōmunitatis habet nō enim est priuati facere legem.

¶ Lex enim debet habere robur quod dam, vt dicitur quinto ethicorum idest potestatem ligandi. nulla autem persona potest ligare vt ligamen effectum temporale3 sociatur: nisi habēs auctoritatem publicam. ¶ Et si hñs auctoritatem publicam ex consensu populi faciat legem: ligat. non solum presentes homines: sed et futuros.

¶ Uerum est q̄ primi per suum consensum expressum ligantur. futuri p̄ consentum presumptum vel per consensum: qui debet esse debito. ¶ Si enim quilibet futurus hoc vellet dicere. non consensi vt iste conderet leges ad natiuitatem cuiuslibet hominis oportet inouari leges. Et ita popul⁹ sequēs reputatur idem cum populo preterito q̄tum ad hoc vt leges priores ligent eos: sicut ligabant priores qui consenserunt. ¶ Subiungitur in diffinitione legis: promulgata: illud verbu3 sumitur ex decreto di. quarta vbi dicitur q̄ leges instituuntur cum promulgantur. ¶ Et ideo grauiter puniebantur antiquitus illi qui delebāt librū pretorum in quo tales leges scribebantur. ff. de iure iur. l. si. iō q: leges scripto ad omnes et presens et futuros promulgantur. Nam ab omnib⁹ intelligi debent. vt vniuersi rescripto eorum cognito prohibita declinent et promissa sectentur. C. de legibus. l. leges sacre. Uerum est q̄ in conclusioni bus iuris naturalis de quo supra dixi non est sic opus promulgatione. insita est enim in cordibus nostris intantu3 q̄ deleri non potest. vt dicit augustin⁹ in secundo confessionum. Lex scripta est in cordibus hominū quā nec vlla delet iniquitas. ¶ Uisa descriptione legis faciamus aliquas inquisitiones circa materiam istam. ¶ Prima iquisitio ē an fuerit vtile aliquas leges ab hominibus poni. videtur q̄ nō: leges non ponuntur nisi vt homines trahātur ad bonum. Intentio principalis cuiuslibet legislatoris hec est vt ciues assuefaciētes faciat bonos vt dicitur. secundo ethicorum. Nūc hoc erit magis per voluntarias admonitiones q̄ per tractus violentos. omne enim violentum triste dicitur secundo rethorice. Natura aute3 maxime videtur fugere triste appetere autem quod est delectabile. vt dicitur quarto ethicor. ¶ Preterea ad iudicem confugiunt homines sicut ad iusticiam animatā vt dicit philosophus in quinto ethicorum. Justicia autem animata melior est q̄ inanimata que legibus continetur ergo videtur q̄ melius fuisset omnia cōmittere arbitrio iudicis. ¶ Amplius videtur q̄ fuerit inutile propter impossibilitatem bene condendi legē. quia casus particulares qui possūt cōtingere sunt infiniti et quasi sub infinitis modis poterunt cōtingere. ergo videtur q̄ sit īpossibile leges bñ fieri. Nam vel tales modificationes nō terminabuntur vel si esset vnus qui oīa preuideret opporteret tot leges facere q̄ nullus posset earum memoriam habere ¶ Ad contrarium videtur esse philozophus in decimo ethicorum et primo rethorice ysidorus primo ethimologiarum vbi dicit facte sūt leges vt earum metu humana coerceatur audacia tutaq3 sit inter improbos innocentia et in ipsis improbis formida to supplicio refrenet cupiditas. nunc ista sunt maxime necessaria humano generi. ¶ Respondetur q̄ vtile est leges poni. ¶ In legibus enim est duo considerare scilicet directionem et ipsum ligamen punitorum. vbi aliquis venerit contra legem delinquendo. Nam q̄ hoīes nō faciant q̄ facienda

sunt vel faciant que facienda non sũt
potest contingere duplici de causa vel
pp errorem qui se tenet ex parte rati=
onis vel principalius propter malam
electionem se tenentem ex parte vo=
luntatis. ¶ Nunc q̃tum ad primum
fuit vtile ibi penam ponere vt ꝑtextu
ignorantie nullus posset se excusare ỉ.
delictis. Est eni conueniens vt illi qui
non ad plenum participant vsum rati
onis dirigantur in actibus suis per le
ges latas a perfectioribus. ¶ Itẽ fu
it vtile q̃tum ad iudices: melius enim
fuit aliqua lege ordinari q̃ omnia cõ=
mittere iudicis arbitrio ad quod assi=
gnat philosophus in primo rethorice
aliquas rationes. ¶ Primo quia faci=
lius est inuenire paucos sapiẽtes qui
sufficiant ad rectas leges condendas
quã multos qui requirerentur in sin=
gulis ciuitatibus ad recte iudicandũ
de singulis eo ꝙ illi q̃ leges ponũt mul
to tempore considerant quid lege fe=
rendum sit. sed iudicia de singularibꝰ
factis fiunt ex casibus subito ortis ita
ꝙ statim cum acceleratione interdum
videndum sit de quibus oportet red=
dere iudicium. ¶ Secũdo quia legisla
tores iudicant in vniuersali et de futu
ris: sed homines iudicijs presidentes
iudicant de presentibus ad que affici=
untur amore vel odio aut aliqua cupi
ditate et sic deprauatur eorum iudici
um. sunt ergo vtiles q̃tum ad directi=
onem quã in se continent. ¶ Itẽ sunt
vtiles q̃tum ad punitionem quã ordi
nant contra delinquentes: sermones
eni persuasiui qualicũq; ratione ful=
citi non sunt semper potentes mone
re quosq; ad bonum vt enim rationi=
bus suadẽtibꝰ bona aliquis moueat
oportet ꝙ eius anima sit preparata ꝙ
quodãmodo disposita et indutata ad
bonũ. x. ethicorꝝ hoc dicit philosophꝰ.
oportet enim preparatam esse animã
auditoris q̃admodum terram nutriẽ
tem semen. ¶ Unde si fuerit aliquis

cõmotus in animo passione ducente
ad oppositum virtutis non obediet ra
tioni. ¶ Ideo philozophus. x°. ethico
rum dicit ꝙ totaliter non videtur sem
per rationi cedere passio: sed violen=
tie oportet itaq; moram ꝑexistere ali=
qualiter proprium virtutis diligentẽ
bonum et aspernantem turpe: ⁊ de sic
passionatis dicit philozophus ꝙ non
nati sunt obedire verecũdie sed timo
ri: neq; recedere a malis ꝑpter turpe
sed propter penas. ¶ Et licet legibus
positis ordinantibus contra punitio=
nes istas sit graue et triste operari se=
cundum legem tamen in processu tẽ=
poris erit delectabile ⁊ si non voluerit
viuere secundum legem: tandem de=
bent exterminari ne alijs bonis noce=
ant. et iuxta hoc loquitur philozophꝰ
in decimo ethicorum in ꝙ degenerioribꝰ
oportet penas et punitiones appone=
re. Insanabiles autem totaliter exter
minare. bonis vero ex inclinatione ad
bonum verum est ꝙ sole persuasiones
sufficiunt: et ideo propter istos debẽt
ordinari pretores in policia qui aduo=
cent boni gratia vt obedientibus hijs
que nati sunt ad virtutem: sicut dicit
philozophus in eodem libro ⁊ secũdũ
hoc dissoluta ẽ pris ratio. ¶ Conside
randum est circa illud quod dictum est
de vtilitate ꝙ legislator condendo le=
ges magis debet inclinare ad paucita
tem q̃ ad multitudinem ad paucita=
tem vt leges continẽtes principia ex
quibus iudices possunt se dirigere in
determinatis casibus particularibus
¶ Si enim nimis declinet ad multi=
tudinem onerosam plurima mala se=
quuntur. ¶ Primo quia in tanta mul
titudine legum vix erit quin multe le
ges vel sint vel videantur adinuicem
contrarie vt est in legibus imperatoris
nunc de facto ⁊ circa determinandas
contrarietates fere erit tãta ꝑplexitas
cũ occurrerit casus determinadi sicut
potuisset eẽ esto ꝙ nulle leges fuissẽt.

facte ita q̄ facilius esset tunc dirime re causas q̄ sit nunc. ¶ Item pro pter onerosam multitudinem facile essent irrememorabiles et iuuenes q̄ rebus liberalioribus dāt dare operam puta cognitioni sui et cognitioni dei. q̄tum est possibile cognitioni virtutis herbarū/lapidū/planetarum/et cogniti oni morum totaliter detinebuntur in cō sideratione istarum rerū: in quibus res non sic delectabiles venient ad aīas eorum propter quod querent delectaciones corporales et ocio ducent vitā bestialem nec existimēdū est q̄ sm leges in ppa forma omnes casus possibiles qui cō tingere possent posse determinari. hoc enim est ipossibile sicut etiā innuit lex ff. de. l. non possunt: sed ex illis sumūt quedā principia directiua in conside ratione casuū particulariū. Et sciēdū q̄ quidā casus oriuntur determinādi vbi principia directiua vniuersalia nō possunt bene applicari nisi sm quasdā presūptiones que trahunt aīm ad assē tiendum et interdum solū inclināt ita q̄ ibi non est cōpletus tractus. ¶ Et circa hoc reperitur magna diuersitas inter hoīes: nam in viro ipso qui est fa ciliter mobilis ad virtutem vna presū ptio faciet quasi assensū firmū et ī alio nullum tractum faciet vel faciet valde debilē sicut si testator leget alicui do mū dicendo lego tali domū. qualis exi tus debeat esse in illa re: vtrū legata rius debeat habere aliquid vel nichil etiā si aliquid: quid debeat habere ta lis questio non potest plene determi nari. Sed solū potest ibi procedi secun dū quasdā coniecturas: quia non appa ret expresse de voluntate testatoris q̄ debet assumi pro regula in determinā do istā questionē. ff. q̄admodum testa menta aperiantur. l. i. ¶ Et ideo propter ta les casus et consimiles determinādos fuit vtile constituere leges. Nā alicui videtur q̄ sm vtilitatem eius cui est legata domus debebit sibi presentari

aliā q̄ nichil debet habere ex quo non apparet plene de voluntate testatoris ita q̄ nichil est ibi firmum. ¶ Unde propter talia fuit maxime opus constitu tione legum. ¶ Amplius consideran dum est q̄ qualis debeat esse lex ostē dit ysidorus sic: sit lex honesta/ iusta/ possibilis sm naturam/ sm consuetu dinem patrie/ loco/ temporeque cōueni ens necessaria vtilis manifesta quoque. ¶ Hec omnia vera sunt. debet enī lex esse manifesta: ne aliquis per eius obscu ritatem cedat in errorē. ¶ Et interdū credens facere sm legem faciat cōtra legem: sed hoc videtur peccatum q̄tum ad hoc circa leges aliquas que relinquūt aīm multū obscurū et suspensum cir ca eas vt penitus ex earum obscurita te quid faciēdū sit ignoretur sicut ap paret ex inspectione earum et glosa rū earundē. ¶ Sed videretur alicui q̄ alique deberent condi obscure ne clari tatem earum contēpnerent homines sēper enī virtus alta petit. ¶ Dic q̄ nō timendū de contēptu: nā licet in eis non apparet magnitudo q̄tū ad noticiam speculatiuā cū tamen considerabūt or dinem ad regimen vniuersi quod ide iuste trahitur statim venient ad intel lectum sub racione alicuius magni. ¶ Item lex debet esse honesta et iusta et ideo insti. de iusticia et iure: dicitur q̄ iuris precepta sunt honeste viuere al terū non ledere ius suū vel vnicuique scilicet vnūquodque tribuere. ¶ Et possibilis sm naturā non enī ipossibile preceptū habet quia ipossibiliū nulla est obligatio vt dicit regula iuris. ¶ Itē debet esse con ueniens loco/ tempori/ patrie/ et hoc ē bñ considerandū in constituendis legi bus ciuilibus: quia ille fundantur prīcipaliter su pra expedientiā publicā: expediūt aūt aliqua vno tēpore que non est alio. In cō clusionibus aūt iuris naturalis nō sic oportet respicere: quia illud est sēper et ibique idem vt declaratum est supra.

Nunc inquirendum ē de multitudine legum. ¶ Est enī quedā lex pria et pricipalis ⁊ eterna Nā cum lex vt supradictū est nil aliud sit q̄ rō dictans aliquid fieri. Rō ista ordinatiua in pricipe prio. s. deo respectu regni sui est sipliciter lex pma de ista loquitur augustinus i libro. lxxxiij q̄ oim de⁹ singula fecit ꝑprijs rōnib⁹. ¶ Itē augusti. in libro. i°. de libero arbitrio. Lex eterna est sūma rō cui semper obtēperandū est. ¶ Vñ lex eterna nichil aliud est q̄ rō diuine sapientie sm quā ē directiua oiꝫ actionum ⁊ oiꝫ motionum ⁊ ista lex sm q̄ in se existit in ꝑpria luce est ignota homini. Nam vt dicit apostolus prime ad corinth. v° que sunt dei nemo nouit nisi spūs dei ¶ Unde augustinus libro de vera religione. Lex eterna est de qua hoies iudicare non possunt et qui istā legeꝫ cognosceret in sua luce videret q̄ oia sunt facta ordinatissime dicente augustino in libro de libero arbitrio. Lex eterna est qua iustū est vt oia sint ordinatissima. Et licet non videatur in seipā videtur tamen in eius effectu in quo aliqua similitudo eius īuenitur: sicut aliquis non vidēs solem in sua substātia cognoscit eum in sua radiacione. ¶ Ois eñ cognitio deitatis est quedā irradiacio et participatio legis eterne que est veritas incōmutabilis vt dicit augustinus in libro de vera religione. ¶ Oēs autē veritates aliqualiter cognoscunt vt dr̄ 8o metha. vel q̄tū ad pricipia vniuersalia quod est cōe oib⁹ vel q̄tum ad aliquas cōclusiones particulares. Et sm hoc reperiuntur aliqui plus et minus participantes de illa lege. Et sm hoc loquitur augusti. in libro de libero arbitrio q̄ eterne legis noticia nobis īpressa est. ¶ Ex participatione huius legis quodāmodo oriuntur leges due sm quas viuim⁹ ⁊ ordinamus actus nostros: vna temporalis et alia diuina. ¶ Propter quod sciendū q̄ homines sunt inclinati ad sequendum motus proprios intantū q̄ nunq̄ retraherentur nisi ponerentur leges punitiue duplici punitione opus est quedā diuina que in alio seculo fiet ⁊ illa ordinatur a lege diuina ¶ Ista est necessaria quod apparet ex duobus. ¶ Primo q̄ si vltra punitiones temporales non separent homines aliam punitionē futuram in alio seculo intantū sunt nati ad sequendū suos motus q̄ nunq̄ submitterent se ad voluntatem alicuius principis imo sine freno sequerentur concupiscentias suas.

¶ Itē oino sine lege viuerēt quod essent pessimum. Nam sicut homo cum lege et iusticia est optimum omnium animalium sic separatum a lege et iusticia est pessimum pmo politice. ¶ Item propter aliud necessarium est: est q̄ sit lex temporalis cum legislator qui non potest iudicare nisi secundum visa vel audita multa ⁊ horribilia in secreto possunt committi: a quibus homines non retraherent se non sperantes punitionem. ¶ Fuit ergo necessarium esse aliquā legem diuinam vbi punitio estimaretur fieri a principe qui solus intuetur cor vt dicitur in ecclesiastico. Est ergo lex diuina summe necessaria. ¶ Similiter fuit vltra hoc necessarium vel vtile q̄ esset lex humana que ordinaret punitiones faciendas in presenti.

¶ Nam aliqui non habent experiētiā illi⁹ punitionis diuine immo et vident plerūq; malis melius succedere ⁊ perpetrant mala timore omni sublato: sicut dicit ecclesiastes. Ergo fuit vtile vt esset punitio temporalis ex qua potest sumi argumentum illiūs punitionis vt supra inuui.

¶ Illa lex humana consistit in precepeptis naturalibus, et ciuilibus vt supra declaraui et habet. ff. de iusticia et iure omnes populi. Et insti. de iure natali. ¶ Illa lex hūana solū participatur ab hoībus qbus a deo est indita cognitio ad directionē suorū actuum. ¶ Lex eterna participatur ab oībus rebus. ¶ Unde dr̄ puerb. viii. qn̄ circūdabat mari terminum suū et legē dabat aqs ne transirent fines suos ¶ Nec obstat q lex eterna sit efficacissima et tn̄ i naturalibus contingentibus sit defect⁹ q2 licet illi defectus sint pter ordinem causarum particulariū nō tn̄ sūt pter ordinem causarum vniuersaliū et precipue cause prime ¶ Et lex ista lz pticipetur ab oībus rebus tamen differenter ab homine et ab aliis rebus. ¶ Nā sicut princeps subiectis denunciando impmit quoddā directiuū principium: ita deus imprimit nature humane principia propriorum actuum: alie res participant inqtum imprimit quādā indinationem eas dirigētem in suos act⁹ nō tamen per intellectū diuini pcepti ¶ Et ista lege eterna augustin⁹ xix°. de ciuitate dei loquitur domin⁹ nullo modo legibus summi creatoris ordinationisqz subtrahitur. ¶ Amplius alia est differentia inter legem humanam et legem eternam. Nam illa punit solas cogitationes precipue quando perfecte fuerunt: secundum illud quicūqz viderit mulierem ad concupiscendum. etc. Mathei quinto. ¶ Lex humana non: nam quia legislator satis cognoscat qd ad ipsum nō pertinet directe punire delicta cum nullum sit indiuiduum cuius cognoscat finem etiam cum non cognoscat gradus pene imponende vt supra declaraui.

¶ Ideo non accedit ad punitionem: nisi vbi necessitas publica ipsuz cogit vbi precise quis residet in cognitione non nocet reipublice et secunduz hoc itellige illud quod dicitur. ff. de penis libro decimo vbi dicitur q ratione solius cogiationis nemo penam mereretur. et hoc est verum q non punitur quis per legem humanam ex affectu nisi secut⁹ fuerit effect⁹ nisi forsā aliquādo vbi affectus est multum odiosus, vt in corruptione virginis Interdum punitur affectus ne aliquis in talib⁹ affectionibus prauis habituatus postea prosiliret ad actum. Fit ergo punitio dum tamen appareat iudici de affectu sic itelligeretur. C. de episcopis et clericis. l. si quis. Non dicam raperevel tenere regulam indistincte et dic ibi fuisse aliqualiter ad effectum processum licet non plene. ¶ Amplius differentia est inter legem diuinam et humanam. ¶ Nam lex humana interdum permittit multa vitia ¶ Nam vt supra dictum est in punitionibus faciendis mensurat secundum expedientiam publicam. Punit enim deliquētes in emēdationem hominum. ff. de penis. l. si qua pena. Et qtum exigit expedientia publica: sic enim apparet q non est punitor verus vt supra dictū est. ¶ Nam et si vellet omnia vicia cohibere interdum incideret in maius inconueniens. et in illud ex quo magis sequeretur nocentia publica sicut si quādoqz cōtingit deceptio circa emtionem qtūcūqz modica fieret recisio contractus quolibet die essent tot lites/tot iurgia/q non esset finis, ergo non dicit recisionem debere fieri nisi vbi est deceptio vltra dimidiā iusti precii sicut dicit. C. de reiscindenda vendicione. l. i. ratio maioris precii. Et ista ratio redditur in decretis et secundū hoc intellige illud quod dicitur de legibus. C. de veteri iure enucleando. vbi dicitur in pncipio q lex omnem iniquitatem expellit (dic nociuam rei publice) ¶ Sed lex diuina imponit penam delinquenti vt aliquid iustum sit iustum q delinquens omnia vicia cohibet. ¶ Et secundum hoc augu-

ftinus i primo libro de libero arbitrio. Lex illa que regendis ciuibus imponitur multa concedit et impugnita relinquit que per diuinam prouidentiã vindicantur. Unde prouerbiorum.xxx°. dicitur qui nimis emũgit elicit sãguinem. nũquid ergo lex humana esto quod nõ omnia vicia cohibeat precipit act⁹ omnium virtutum: videtur quod non a simili nõ omnia vicia cohibet ergo nõ precipit actus omnium virtutum contra est quod dicit philozophus in quinto ethicorum. ¶ Dicendum est quod actus aliarum virtutum referri possunt vel ad ad bonum priuatum alicuius persone vel ad bonum cõmune toti⁹ multitudinis sicut ea que sunt fortitudis potest aliquis exequi vel ad conseruationem ciuitatis vel ad conseruandũ suos amici: lex autem ordinatur ad bonum cõmune. ¶ Dicendum ergo quod nulla virtus est de cuius actibus non possit percipere: non tamen de omnibus actibus virtutis: sed solum de ordinabilibus in bonum cõmune vel immediate sicut cum aliqua directe propter bonum cõmune fiunt: vel mediate sicut cum aliqua ordinatura legislatore pertinentia ad bonam disciplinã ¶ Non obstat illud de quo primo opponebatur: nam verum est quod sicut lex humana non prohibet omnes actus viciosos secundum obligationem precepti sicut nec precipit omnes act⁹ viciosos: precipit tamen aliquos singulares cuiuslibet virtutis. ¶ Similiter prohibet aliquos secundum quãlibet virtutem.

¶ Sed occurrit dubitatio:

nunquid est differentia inter legem humanam et legem diuinam in hoc quod lex diuina ligat quoad deũ vel in foro conscientie secũdum verbum vulgariter vsitatum vel etiam lex ciuilis liget in foro cõscientie sicut lex diuina. ¶ Et videtur quod non liget lex ciuilis in foro conscientie. ¶ Nam inferior potestas non potest ponere leges in iudicio superioris potestatis. Nam par in parem non habet imperium et multo magis in maiorem. ff. ad rebell. imperatoru. Sed potestas hominis que facit legem humanam est in potestate dei qui facit legem diuinam vel hominis diuini. ¶ Propterea iudicium conscientie maxime dependet ex diuinis mandatis: sed quãdoque diuina tolluntur et euacuãtur per leges humanas secundum illud Mathe. xv°. Irritum fecistis mandatũ dei propter traditiones vestras. Propterea leges humane frequenter ingerunt calũniam hominibus secundum illud ysaie. x°. Ue illis qui condunt leges iniquas et superbientes iniusticias scripserunt vt opprimerent in iudicio pauperes. Sed licitũ debet esse vnicuique oppressionem vitare. ¶ Nunc intelligas de premissis in lege humana. Certum est si quis vteretur eis multociens delique reretque tum ad deum. ¶ Nam vt dictũ est multa vicia dimittit impunita: ne si omnia puniret in penis incideret.

¶ Sed si queras de il

lis que precipiuntur a legislatore ciuili positiue vel prohibitiue esset dicendum tunc quia vel ille constitutiones ciuiles ordinate per populum vel principem sunt iuste vel iniuste. ¶ Siquidem iuste habent vim obligandi in foro conscientie a lege eterna a qua diriuantur secundum illud prouerbiorum octauo. Per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt. ¶ Dicuntur autem leges iuste et ex fine quando ordinantur ad bonum cõmune. Et ex auctore quando lex lata non excedit potestatem facientis. Et ex forma quando secundum equalitatem

baiũ.

tem proportionis imponuntur subditis onera. ¶ Cum enim homo sit ps multitudinis: hoc ipsum quod est et quod habet multitudinis sicut pars ẽ totius. ¶ Iniuste autem sunt leges econtrario dicte. Uno modo per contrarietatez ad bonum humanum ita q̄ presidens non intendit verum finẽ sicut cũ leges onerosas imponit sub ditis non pertinentes ad utilitatem communem: sed ad cupiditatem et ꝓpriam gloriam. vel ex auctore vt cum aliquis fert legem vltra sibi cõmissaz potestatez. Uel ex forma vt cum ineq̃liter onera multitudini dispensantur Et iste sunt magis violentie q̄ leges ¶ Nam secundum q̄ dicit augustinus in libro de libero arbitrio. Lex eẽ non videtur que iusta non fuerit. Et tales non obligant quantum ad deuz nisi forte propter vitandum scandalũ vel turbationem propter quã homo debet interdum iuri suo cedere secundum illud Mathei quinto qui angariauerit te mille passus vade secum et alia duo. ¶ Alio modo leges possunt esse iniuste per contrarietatem ad bonum diuinum sicut leges inducentes ad ydolatriam. ¶ Et tales leges nullomodo licet obseruare oportet enim magis deo obedire q̄ hominibus. ¶ Attamen vbi non esset contrarietas i ordine ad bonum diuinum multum peccaret non obseruator legis. Nam quantum est ex se destrueret legem in qua est salus policie. ¶ Et esto q̄ sit defectus medicus tamen tollerandus est secundum quod dicit philozophus in politicis. ¶ Non enim tãtum prouenirent vtilitas ex hoc q̄ lex mutaretur quantum dãni ex hoc q̄ ciues possent accipere materiã non assentiendi legibus et materiam rebellionis in q̄tum est eis triste recedere ab obseruantia que erat connaturalis eis. ¶ Respõsio ad obiecta supra

¶ Ad primum dicẽdum q̄ sicut dicit apostolus ad romanos tridecimo. Omnis potestas humana est deo. Unde sacerdotium et imperium a deo processerunt. In autem quomodo oportet episcopos ⁊ ceteros clericos collatione prima in principio. ¶ Et ideo qui potestati resistit in his que ad ordinem potestatis spectant dei potestati resistit et sic efficiẽ nocens quantum ad deum. ¶ Unde si ligatur constitutione humana quãtum ad deum nõ ligatur humana cõstitutione vt humana est: sed magis diuina ¶ Alie rationes procedunt de legibus iniustis quibus parendũ non est. ¶ Amplius circa legem humanaz occurrit dubitandum. ¶ An omnes legi humane subiciantur. videtur q̄ non Illi soli subiiciuntur legi quibus lex ponitur: sed iusto non est lex posita prime ad thimoteum primo. ¶ Preterea in decretis habetur quod nota: qui lege priuata ducitur nulla ratio exigit vt publica lege priuata spirituales eti ducuntur omnes viri spirituales qui sunt filii dei secundum illud. Ad romanos octauo qui spiritu dei agũtur hii filii dei sunt. ¶ Amplius princeps legibus est solutus. ff. de legibus l: princeps ¶ Ad oppositum horum videtur esse apostolus Ad romanos tridecimo. Omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta sit ⁊ intelligit de potestatibus terre. ratio vt supra ostensa est: quia de ratione legis sunt duo. ¶ Primo q̄ est regula humanorum actuum. ¶ Secũdo quia habet vim coactiuam. ¶ Quantum ad primum ex quo est recta decet omnes eã insequi. ¶ Sed viri iusti non subduntur legi sicut coactum cogenti q̄ enim coactum est violentum est: voluntas autem bonorum simpliciter cõcordat legi.

¶ Unde princeps dicitur solutus lege quãtum ad vim coactiuam legis. Nullus autem cogitur a seipõ: lex autem non habet vim coactiuam nisi ex principis potestate.

¶ Unde si delinquat nullus potest super ipsum iudicium et condemnationem inferre. Unde sup illud. ps. Tibi soli peccaui. et cetera. Dicat glosa q princeps non habet homines qui sua facta diiudicent.

¶ Sed quantum ad vim directiuam legis princeps subditur legi. ff. de le. et imperfecto. Nam dicit poeta. Pa tere legem quam ipse tuleris. ¶ Et multa improperantur illis a domino qui alijs onera grauia imponunt et digito suo mouere nolunt Math. xxiij. ¶ Et princeps est supra legem inquãtum potest legem mutare et in ea dispensare pro loco et tempore.


¶ Contingit autem multipliciter q alicui potestati nõ subdantur. Uno modo quia sunt simpliciter absoluti ab eius subiectione vt illi qui sunt de vno regno non subduntur legi principis alterius regni. Alio modo secundum q reguntur a superiori sicut si aliquis sit subiectus pconsuli debet subici eius mandato. Non tamen in hijs que sibi ab imperatore dispensãtur.

Nunc inquiramus an liceat illi qui subditur legi preter verba legis aliquid agere. Videtur q non. Nam a verbis legis nõ est est recedendum de. le. te. l. non aliter.

¶ Item augustinus in libro de vera religione et recitatur in decretis distinctione quarta Quis in temporalibus homines iudicent de hijs cum eas instituunt: tamen cum fuerint institute et firmate non licebit de hijs iudicare: sed secundum ipsas viuere. ¶ Sed si aliquis pretermittat verba legis volens intentionem legis seruare videtur de lege iudicare leges. ¶ Preterea ad eum solum pertinet interpretari cuius est leges condere. c. de legibus in principio nũc hoc conuenit solum principi. c. de. l. si imperialis.

¶ Preterea omnis sapiẽs intentionem suam verbis nouit explicare: sed qui condiderunt legem fuerunt sapientes. vt patet. ff. de origine iuris. l. natura. ¶ Sed cõtra magis inspicienda est mens q verba. ff. de adimendis. l. finali. ¶ Amplius hylarius quarto de trinitate intelligentia dictorum ex causa dicendi est affirmanda. quia non sermoni res: sed sermo rei debet esse subiectus: ergo magis attendendum est ad causam q mouit legislatorem q ad verba legis.

¶ Item non dubiũ est in legem committere cum qui verba legis amplectitur et cõtra eius voluntatem facit. C. de. l. nõ dubium. ratio vt supra dicta est pluries: quia contingit q aliquid obseruare communi salute est vtile vt in pluribus quod tamen in aliquibus casibus est maxime nociuum. Sic ergo quia legislator nõ potest omnes causas singulares intutueri porponit legem secundum ea q in pluribus accidunt. Nam ad ea se adoptat. ff. de. l. nam ad ca. Si tamen emergat casus particularis i quo obseruatio ipsius legis cõmunis sit nociua vtilitati hominum non est obseruanda. Sicut si in ciuitate obsessa statuatur lex q porte ciuitatis maneant



clause hoc est vtile cõmuni saluti vt in pluribus: si tamen contingat casus q hostes insequentur aliquos ciues per quos ciuitas conseruatur damnosissimum esset ciuitati nisi eis porte ciuitatis aperirentur. Et ideo in tali casu essent porte ciuitatis aperiende vt seruaretur vtilitas cõmunis quã legislator intendit. Unde in ipsis verbis non consistit tota intentio legislatoris: s; magis in ipã ratione naturali que fuit sibi pro causa in constituendo leges. ¶ Et secundum hoc bene dicitur q ratio naturalis est lex quedã tacita. ff. de bonis damp. l. cum ratio. ¶ Sed tamen considerandum q si obseruatio legis secundum verba non habeat nocumentum cui oporteat occurri non pertinet ad quẽlibet vt interpretetur quid sit vtile ⁊ quid non: sed solum ad principem. verum est tamen in dubio a verbis legis non est recedendum vt de. le. modo. le. nõ aliẽ. et ille qui sic in casu particulari vbi est subditum periculum venit contra verba legis non iudicat simpliciter et de lege sed iudicat de casu particulari siue singulari in q videt verba legis seruanda non esse ⁊ in quo propter nocumentum cõiectat legislatorem aliud intendisse. neq est a sapiẽtis hominis tanta vt omnes casus excogitare possit. ¶ Unde non deficiunt in exprimendo quod conceperunt sed non habuerunt conceptionem ad omnia singularia se extendentem q possit contineri sub verbis neq est possibile. Et si esset possibile adhuc non omnia exprimerent propter confusionem vitandam. ¶ Sed leges ferre debent secundum ea que in pluribus accidunt. ¶ Amplius circa naturam legum inquiramus an lex quando aliquid melius occurrit sit semper mutanda.

An lex pp meli⁹ sit mutanda

¶ Arguitur q sic aliquibus rationibus sũptis ex libro politice. ¶ Primo leges humane sũt inuente per rationem sicut ⁊ alie artes sed in aliis artibus mutatur illud qđ prius tenebatur si aliquid melius occurrat. ¶ Preterea ex hijs que preterita sũt possumus preuidere de futuris. Sed si leges antique non fuissent mutata superuenientibus melioribus adinuentionibus multa inconuenientia sequerentur. Nam leges antique reperiuntur multas ruditates habere vt de instituendis heredibus antiquitus vt insti. de heredibus instituẽdis. ¶ Preterea leges humane circa singulares actus hominum statuuntur. ĩ singularibus autem perfecta cognitione adipisci non possumus nisi p experientiam que tempore indiget vt dicitur secundo ethicorum. et per consequens cum i processu temporis per experientiam aliquid melius occurrit leges sunt mutande.

Pria rõ.

Scda rõ.

In oppm arguitur

¶ Sed cõtra ẽ quod dicitur in decretis. xij. d. Ridiculum ẽ et satis abhominabile dedecus vt traditiones quas antiquitus de principibus accipimus infirmi patiamur ⁊ in vi. ethicor. dr̃ q magis est credendu; plurĩũ sermonibus q demõstratiõib⁹ quorũdã. ¶ Dicendum sicut supra dictum est. intantũ lex iuste mutatur inq̃tũ per eius mutationẽ cõmuni vtilitati prouidetur. h; autẽ ipa legis mutatio q̃tum ĩ se est quoddã detrimẽtũ saluti coĩs: nã ad obseruãdũ legẽ plurimum valet consuetudo. intantũ q ea que cõtra cõem consuetudinẽ fiunt et si sint leuiora de se grauiora videntur et ideo nõ d; lex humana mutari nisi ex alio recõpensetur cõi vtilitati q̃tu; ex parte ista infertur detrimenti.

Responsio

¶ Unde in rebus nouis constituẽdis euidẽs vtilitas eẽ d;. ff. de consti. prĩcipis. l. i reb⁹ nouis. ¶ Ad pmũ abiector ad oppm̃ dicẽdũ q ea q̃ sunt artis hñt efficientiam ex sola rõe. Et iõ vbicũq

ratio melior occurrit ad mutandū[l]q̄d prius tenebatur. Sed leges habent maximam virtutem ex consuetudine vt dicit philosophus in secundo politice. et ideo non sunt de facili mutande. ad quod male respexit ille constitutor autenticorum qui tot mutationes et sine magna causa faciebat in constitutionibus suis vt patet intuēti librū ¶ Iuxta istam materiam quero an liceat alicui furari propter necessitatē videtur q̄ non. Non enim imponitur penitentia nisi delinquēti. Sed extra de furtis dicit q̄ si aliquis per necessitatem famis aut nuditatis furat' furatus vestimenta cibaria vel potus: peniteat per ebdomadas tres. ergo non licet furari propter necessitatem.

¶ Secundo philosophus in secundo ethicorū quedā statim cōuoluta sūt cū malicia vt gaudium de furto. nunc illud quod secundum se est malum nō potest fieri bonum. ¶ Preterea homo debet diligere proximum sicut seipsum: sed non licet furari vt aliquis per clementiam proximo suo subueniat. ¶ Cōtra arguitur: quia omnia sūt cōmunia iure naturali vt statim dixi. ¶ Unde posui istam conclusionem q̄ nullus potest condistinguere rē suam iuste contra meliorem se. ¶ Nunc ista conclusione supposita sic arguitur: q̄ habens vltra necessitatem q̄tum ad illud quod est vltra alium existentem in necessitate potest condistinguere: verum est q̄ ex consensu hominū vel alicuius habentis vicem populi fuerit distincta dominia. ¶ Sed ego dico q̄ per nullum consensum q̄tūcunq̄ expressum potest fieri vt aliquis habēs vltra necessitatem possit condiuidere bona sua contra alium existentem in vrgenti necessitate. Imo in hoc casu magis debent dici bona illius q̄tum ad illud quod requiritur ad suam sustentationem q̄ bona istius. ¶ Et hoc est satis iuxta domini Ambrosij dictū quod in decretis di. xlvij recitatur esurientium panis est quē tu detines nudorum vestimentum est quod tu recludis. ¶ Et ad hoc subuenire iur sic in extrema necessitate indigentibus debe rent statim in singulis villis et ciuitatibus aliqui ad hospitalitatem deputari et in hoc videtur esse deffect' notabilis saluo honore presidentium.

¶ Unde pretextu illius cupiditatis maxime regnat in hominibus pusillanimitas. et q̄plura mala ex illa radice procedunt. ¶ Nam timent homines ne superuenientibus infirmitatibus vel in fortunijs deficiat eis necessitas ¶ Bonum esset eis subueniri et precipue qñ necessitas non est culpabilis ex parte agētium. ¶ Si hoc non fiat pōt ire ad personam publicam. et publice suam indigentiam significare. ¶ Et si nullum inueniat remedium potest furari vel rapere neq̄ dicitur furari: quia q̄tum ad veritatem nō capit alienum: sed magis illud quod est suum in hoc casu. Et si sit tantum necessitatis q̄ nō possit ire ad personam publicam poterit furari vel rapere secūdū supradicta. Et in eorum simili potest aliquis rem alienam accipere vt subueniret proximo indigenti. Nec obstat decretalis allegata in contrarium quia illa loquitur quando non erat vrgens necessitas. ¶ Sed pone q̄ vnus bonus habet vnam rem que precise ē sibi necessaria venit magis bonus qui similiter est i articulo necessitatis nū quid potest ab alio furari vel subripere ¶ Dicerent forsan aliqui dicere q̄ posset. Et dicerent q̄ duplex est furtū quoddā punibile eternaliter: et est verum furtum qñ min' bonus furatur rem magis boni. 7 precipue magis bono existente in necessitate. ¶ Aliud est furtum punibile solum temporaliter vt in hoc casu. ¶ Unde iudex suspenderet eum et puniret temporaliter q̄ secundum hoc cōtingeret multociēs

nisi essent punitiones ꝙ alicui subirēt
necessitates et essent dissentiones ⁊ bel
la inter homines vel forsan ꝙ popu=
lus procederet ad depositionem prin=
cipis nisi ipsum puniret. ¶ Sed secū
dum hoc leges ciuiles etiam ꝗtū ad
prohibita non ligarent in foro consciē
tie. Uel dicatur ꝙ nō poterit iuste auf
ferre ita ꝙ vtroqꝫ modo erit furtū ve
rum. Nam licet sit melior tamen ex ꝗ
deus dedit virtutem prouisiuā ad con
seruationem sui esse. et diuisi fuerūt
dominia de consensu populi quando
preuenit ad talem casum magis vide=
tur amabile deo ꝙ ipse moriatur ꝗ al
ter qui sibi prouidit sufficienter super
conseruationem sui esse Sed illud nō
videtur valere quia interdum minus
bono cōmunicata est maior prouisiua
potentia et magis bono nulla vel ꝗsi:
et non videtur hoc aliud esse nisi vt il=
le prouideat sibi et alijs magis bono.
Nam et seruus naturalis organum ē
dn̄i scilicet illius qui potest mente p=
uidere et bonum suum est in seruien
do domino. i. politice. Iuxta imagina
tionem quam videtur habere duas il
lam solutionem. pone ꝙ duo sint in ex
trema necessitate famis constituti nō
habentes alimenta neqꝫ possint habe
re nūquid vnus scilicet magis bonus
poterit alio iuste vti. diceret ille respō
dens ꝙ sic ad conseruationem sui: sed
contra vnus bonus ratio vti non pote
rit. nisi alter vellet se permittere mori
et nō vellet vti illo. ¶ Nam melius est
vnum viuere ꝗ duo mori et hoc meli=
us est de meliori videlicet ꝙ viuat: sed
pone ꝙ vnus bonus non ē in extrema
necessitate imo adhuc posset diu viue
re alius non habet alimēta ita ꝙ nisi
comedatur morietur. nunquid iuste pos
set vti. ¶ Et adhuc sequendo suū er=
rorē diceret ꝙ sic sicut auis melior seu
nobilior etiā ī casu necessitatis vtitur
aui minꝰ nobili. ¶ Hic nichil determi=
no forsan in sequentibus videbitur.

Circa hanc ma
teriam occurrit alia consi
deratio. An liceat alicui
rem aliquā quasi propriā
possidere. ¶ Uidetur ꝙ non: qꝛ omne
quod est contra ius naturale est illici=
tum cum illud sit fundatum supra ra
tionem naturalem vt supra dixi. Un̄
et illud ius vocatur diuinum ius isi.
de iure gentium. C. si. Nunc secundū
ius naturale omnia cōmunia sunt: vt
dictum est. ¶ Preterea domini est ter
ra. ⁊c. sed nunc nullus debet sibi appro
priare illa que dei sūt. ¶ Item basiliꝰ
exponens dictum diuitis non bone lu
ce xij. dicētis. Congregabo omnia bo
na mea dicit dic mihi que sunt tua vn̄
ea sumens in vita tulisti. Et subdit ꝙ
sicut preuenientes spectacula prohi=
bent aduenientes sibi appropriando
que ad cōmunem vsum ordinātur ita
sunt diuites qui cōmunia que occupa
uerunt existimant sua. ¶ Ad idem est
ābrosius ī decretis di. alia. ¶ Ad oppo
sitū est philosophus in politicis suis.
Ratio apparet ex superioribus lꝫ enī
res sint cōmunes inspecto iure natu=
rali eo modo quo in superioribus ē de
claratum. tamē expediens fuit reipu=
blice occasione malicie hominum ꝙ
dominia rerum distinguerētur. ¶ Et
ad hoc assignat philosophus aliquas
rationes in secundo politicorum.
¶ Primo quia magis est sollicitus ꝗ
libet ad procurādū illud qđ sibi soli cō
petit ꝗ illud quod est multorum quia
vnusquisqꝫ laborem fugiēs relinquit
alteri quod pertinet ad cōmune sicut
accidit in multitudine ministrorum.
¶ Alia ratio quia sic ordinatiꝰ res hu=
mane tractabuntur si singulis īmine=
at propria circa alicuius rei procuran=
de. ¶ Esset autem confusio si quis ꝗli
bet procuraret. ¶ Tertio quia per hoc
magis pacificus status hominum cō=
seruabitur dum vnusquisqꝫ re sua cō=

tentus eſt. Quia cōmunitas parit diſ
cordiam. ff. de. l. cum pr̄ C. dulciſſimus
¶. Et licet ſit talis appropriatio nō ob
ſtat quin in tempore neceſſitatis ſit cō
munis vt ſupra dictum eſt. ¶ Item
iſta appropriatio eſt delectabilis om-
nibus: quia ſecundum philozophum
inenerrabile eſt ad delectationem ha-
Bona dif bere aliquid proprium. ¶ Quid autē
ficultas. dicēdum eſſet de illo qui ex culpa ſua
deuenit ad inopiam et expoſitus ē ne
ceſſitati vrgenti. Quid dicendum an
bona ſunt ſibi cōmunicanda. et an vi-
deantur cōmunia in ordine ad ipſum
vt iuſte accipere poſſit. Si dicatur ꝙ
ſic quilibet homo culpoſe quereret o-
cium. ¶ Et non obſtante hoc dicerem
vbi apparerēt ſigna penitentie ꝙ ni-
chilominus debent ſibi cōmunicari li
cet enim prius non fuerit bonus poſ-
ſibile eſt ꝙ nunc ſit et ꝙ eius duratio
erit vtilis reipublice p̄cipue ſi ſint tot
bona ꝙ reſiduum ſufficiat illis qui be
ne vixerant nec obſtat quod obiciebat̄
¶ Nam ſi qui ſic graſſantes i ocio rep
periantur poterunt verberari per po-
teſtatem vel alias caſtigari et interdi
ci eis adminiſtratio bonorum ſuorum
Ad obiectum primum: ꝙ fiebat ꝙ om
nia iure naturali communia ſunt. Di
cunt aliqui ꝙ res non ſunt cōmunes
iure naturali poſitiue: ſed ſolū nega-
tiue pro ꝗto oppoſitum ſcilicet diſtin
ctio diuiciarum non eſt de iure natu-
rali. ¶ Non credo hoc verum: nā per
rationem naturalem ſupra eſt proba
ta cōmunitas rerum ſecundum intel-
lectum ibi expoſitum. Ergo hoc eſt ve
rum ꝙ iure naturali res ſunt commu
nes. Tamen expediens eſt ꝙ ibi ſit ali
qualis diſtinctio ſcilicet illa que dicta
eſt ſupra. ¶ Ad auctoritatem baſilij ꝛ
ambroſij dico ꝙ intelligunt ꝙ ſunt cō
munes tempore neceſſitatis inſpecto
iure naturali.

¶ Explicit tractatus de legibꝰ domini du- randi de ſācto portia no ordinis predicato rum.·.

¶ Tractus fratris petri de palude ordinis predicatorum de causa immediata ecclesiastice potestatis.

primus articul⁹.

Circa potestatē a christo collatā prelatis ecclesie sex per ordinem sunt videnda. ¶ Primo de potestate petri. ¶ Secundo de potestate apostolorū. ¶ Tertio de potestate discipulorum. ¶ Quarto de potestate pape. ¶ Quinto de potestate episcoporū. ¶ Sexto de potestate curatorꝫ. ¶ Quantū ad primū circa potestatē petri singularem sūt vidende quinqꝫ cōclusiões principales. ¶ Prima de potestate petri super alios apostolos. ¶ Secunda de preeminentia ei⁹ super totā ecclesiaꝫ. ¶ Tertia de plenitudine potestatis petri. ¶ Quarta de dignitate episcopali ipsi⁹. ¶ Quinta de tēpore collatiōis istorū.

Prima clusio de ptāte petri.

¶ Prima cōclusio est

ꝙ petrus a christo habuit potestateꝫ super omnes apostolos tanꝙ princeps et prelatus eorum. Quod patet sic quia sicut paterfamilias aliijs filijs aliquē vnū .q. primogenitū prepo nit queꝫ facit heredē vniuersalē alios vero heredes particulares sub illo sicut gensis xxvij. Jacob cui vēdit primogenita. dixit isaac. Esto dominus fratrum tuorum sic xp̄us qui dixit apostolis omēs vos fratres estis Math. xxiij. vnum de apostolis .s. petrum. q. primogenitum alijs pponere voluit vnde dicit. Cirillus sup illud luce. xxij. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos q̄si. d. postꝙ me negato ploraueris et sic penitueris corrobora ceteros cum te principem apostolorum deputauerīꝫ hoc enī decet te qui mecum robur es et petra ecclesie. Unū sequitur hoc autem intelligitur non solum de apostolis qui tunc erant vt roborarentur a petro. Sed de omnib⁹ qui vsqꝫ ad finem mundi futuri sunt fidelibus. Item super illud Jo. xxi. pasce agnos meos ꝛc. dicit Crisostomus eximius enī apostolorum erat petrus et os discipulorum et vertex collegij. vnde ꝛ negatione deleta cōmittit ei prelationem fratrum et negationem quidē ei non exprobat. Sed dicit Si diligis me preside fratribus. Iteꝫ petr⁹ pre ceteris a xp̄o accepit claues Unde super illud Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorū. dicit rabanus qui enim regem celorū maiori pre ceteris deuotione confessus est merito pre ceteris collatis clauibus regni celestis dotatus est.

Cirillus.

Crisostomus.

Raban⁹.

¶ Contra tripliciter

Prima obiectio.

primo quia omnes fuerūt pares. Unū xxi. d. c. in nouo testamento vꝫ. ceteri apostoli cum eodem. s. petro pari cōsortio honorem et potestatem acceperūt

Solutio.

¶ Solutio verū est de potestate ordis sacerdotalis primo et episcopalis tandem q̄ non recepit magis et minus. Sed non est verum De potestate iurisdictionis. ¶ Secundo ꝙ saltem petrus et paulꝰ fuerunt equales. Ambrosius. ij. q. vij. beati petrus et paulus eminent super apostolos vniuersos et peculiari quadam prerogatiua precellunt vnde inter eos quis cui preponatur incertum est puto enī illos equales eē meritis qui equales sunt in passione. ꝛc. ¶ Sed ad hoc

Secūda obiectio. Ambrosius.

Solutio.

a.i.

respondetur per hoc q dicit meritis quasi diceretur prelatione impares sed sicut etiam dicit gregorius in fine primi dyal. meritis specialiter martirij pes

Grego.

Unde. e. q. ca. Paulus dicit Jeronimus paulus petrum reprehendit quod non auderet nisi se nonimpem sciret. Ubi subiungit gratianus hoc non de officio ecclesiastice dignitatis sed de puritate vite et sanctitate conversationis intelligitur solus enim petrus inter apostolos primatum gerebat Unde Augustinus e. q. ca. puto q sine ulla sui cotumelia Cyprianus episcopus petro apostolo comparatur quantum attinet ad martyrij coronam Ceterum magis vereri debeo ne in petrum contumeliosus existam quis enim nesciat ipsum apostolus principatum cuilibet episcopatui preferendum sed et si distat cathedrarum gratia una tamen est martyrum gloria. Sed contra hoc est stilus curie romane in indulgentijs in quibus ostenditur illorum pietas per hec et similia verba de beatorum petri et pauli apostolorum auctoritate confisi centum dies de iniunctis penitentijs relaxamus. Solutio dico q solus petrus fuit superior et omnes alij subditi etiam paulus. Sed ideo ingestis papalibus paulus petro coniungitur quia urbem suo martirio consecrarunt et in passione socij fuerunt. xxij. d. sacro sancta

Jeroni.

tertia obiectio.

Tertio videtur de iacobo q fuerit maior petro quia ille qui iudicat inter omnes videtur maior prelatus. Sed Jacobus tulit sententiam in questione legalium actuum. xv. petro et paulo allegantibus dicens ego iudico non inquietare eos qui ex gentibus convertuntur. Solutio iacobus iudicauit non tanquam iudex omnium sed tanquam iudex illius loci specialis non quin petrus potuisset iudicare si voluisset sed voluit illi deferre in loco suo sicut papa quando est in ciuitate alia non aufert propter hoc officialem nec curam episcopo illius ciuitatis Sed de hijs que ibi emergunt ei iudicium dimittit

Secunda conclusio de potestate petri super totam ecclesiam.

Secunda conclusio principalis est q petrus a christo habuit prelationem super totam ecclesiam universalem quia in uno corpore non debent esse plura capita sed unum tantum alias esset monstrum et illis dissidenentibus membra non possent bene regi. Unde corpori suo mistico christus petrum sicut caput unum prefecit propter q super illud Tibi dabo claues regni celorum dicit Glo. specialiter eam petro concessit ut ad unitatem nos inuitaret ideo enim eum principem apostolorum constituit ut ecclesia unum principalem christi haberet vicarium ad quem diuersa membra ecclesie recurrerent si forte inter se dissentirent quia si diuersa capita essent in ecclesia unitatis vincula rumperentur. Item super illud luce ix. ait petrus ad iesum et cetera. Faciamus hic tria tabernacula Damascenus non est dominus tabernaculorum sed universalis ecclesie constructorem verba tua tui discipuli oues tue mandauerunt effectum christo tabernaculum construentes nec non et seruis suis.

Dama.

Item leo papa. xxiiii. q. i. Cum beatissimus petrus apostolus a domino accepit principatum. Item Crisostomus super actus apostolorum petrus a filio super omnes que filij est potestatem accepit non ut moyses in gente una sed in universo orbe. Item Cirillus alexandrinus in libro thesaurorum sic dicit cui s. petro omnes iure diuino caput inclinant et primates mundi tanquam domino iesu obediunt.

Leo papa.

Item super illud. luce. xxij. et tu aliquando conuersus co

Criso. q dicit

firma fratres tuos dicit Crisostom⁹ petrus obtinuit vt esset antistes mundi. ¶ Sed cōtra istud est ⁊ videtur ꝙ ecclesia sit maior petro quia null⁹ mittitur ab inferiore sed in primitiua ecclesia petrus legitur missus ab apostolis et senioribus sicut dicit actuū. viij. miserunt petrū et iohan nem ⁊c. ergo petrus nō fuit maior nec superior illis sed econuerso. ¶ Solutio missio per auctoritatem est a superiore et maiore sicut papa mittit legatum ⁊ rex Bayliuū sed missio per consiliū potest esse ab inferiore ⁊ sic consilium dicitur mittere regē qn̄ vadit alicubi de cōsilio etiā subditorū q̄ ꝑ cōsilium suum mouet eum ad illud proficiscēdū. et sic apostoli et seniores miserunt petrum per consilium suum suadentes ei illud ire pro salute populi.

Alia obiectio.

¶ Secūdo videtur ꝙ petrus super alios apostolos ⁊ sup ecclesiam primatum nō habuerit a xp̄o sed solum a voluntate aliorum apostolorum et ecclesie quia dicitur. d. xxi in nono ipsumqꝫ principem eorum esse voluerunt. i. apostoli voluerunt petrum esse principem suum et per consequens totius ecclesie cuius ipsi fuerūt prelati. ¶ Solutio apl̄i alij voluerunt voluntate consequente et acceperunt dei ordinationeꝫ super hoc nō autem voluntate antecedente et causante Unde Anaclet⁹ papa. xxij. d. sacro sancta inter beatissimos apostolos q̄dam fuit discretio ⁊ licet omnes apostoli essent tn̄ petro a domino ɔcessum est supple primo et principaliter Et ipsi idem inter se idipsum voluerunt vt reliquis omnibus preessꝫ apostolis et cephas. i. caput ⁊ principium teneret apl̄atus.

Tertia conclusio

¶ Tertia conclusio principalis ē ꝙ petr⁹ a christo habuerit plenitudinem potestatis quia sicut Rex preter particulares thesaurarios vult habere vnum de quo magis cōfidit super omnes thesauros suos ꝑ cuius manum omnia transeant sicut actuum viij. Eunuchus candacis regine Ethiopum erat super omnes gazas eius et sicut rex pharao ioseph constituit dominum domus sue ⁊ principē omnis possessionis sue Sic xp̄us super omnes thesauros regni celorꝫ ꝙ est ecclesia iustorum voluit esse vnū vniuersalē thesaurarium qui haberet plenam dispensationem totius thesauri sed quia infidelitatem. Jude fuerat expertus voluit ponere fideleꝫ petruꝫ sup hoc opus Un̄ petrus luce xij. Domine ad nos dicis hāc parabolaꝫ an ad omnes Et dominus tunc dixit petro singulariter quis putas est fidelis dispensator et prudens quē cōstituit ⁊c. Amen dico vobis super omnia bona sua constituet eū ¶ Confirmatur hoc auctoritate grecorum dupliciter. ¶ Primo ꝙ petro christ⁹ dedit plenitudinem potestatis Crisostomus ad consulta Burgarorum practicans illud io. vltimo. dicit ei tertio amas me ex persona xp̄i loquens certe interrogo an me diligas quia ter trepidus ac tremidus me negasti nūc auteꝫ reductus ne credāt te fratres gratiam et clauium auctoritatem suple promissam prius nondum tamen datam sed nunc dandam amisisse. i. āmittere debere. i. iuxta promissum non recepturuꝫ esse quia amas me coram ipsis iam tibi confirmo. i. do ꝙ meum est plenum. Et ne si essent plures insolidum vniuersales thesaurarij thesaurum diriperent diuidendo soli petro inter apostolos christus singulariter commisit plenitudinem potestatis. ¶ Quā aūt hec plenitudo ptātis.

Cirillus. soli petro collata fuerit. dicit Cirillus patriarcha alexādrin⁹ in libro thesaurorum nulli alteri q̄ petro xp̄s quod suum est plenū sed ipsi soli dedit. Itē q̄ soli petro hec preeminentia sit collata singulariter a xp̄o patet per Ambrosiuȝ xxiiij.q.i. non turbatur nauis q̄ petrum habet ꝛc. quomodo enim turbari poterat cui preerat petrus qui ecclesie fundamentum est deniqȝ et si alijs imperatur vt laxent rethia soli tamē petro dicit duc in altum hoc est in profundum disputationuȝ quia .i. sibi cause maiores fidei referu itur extra de baptismo. ca. maiores. Sȝ q̄ cū hoc petrus a xp̄o acceperit preeminentiam singularem in iurisdictione dicit Ambrosius xxiiij.q.i. Est aliō piscandi genus ꝛ apostolicum quo genere soluȝ petrū piscari dominus iubet dicens mitte hamum et eum piscem qui pri⁹ ascēderit tolle vbi dicit G lo. q̄ per hamum intelligitur iurisdictio quia hamo .i. ferro carnes putride resecantur Unde quia petrus habet potestatem ligandi et soluendi prealijs ideo solus in hoc habet plenitudineȝ potestatis ideo sibi soli dictuȝ est mitte hamū Sed per rethete intelligit̄ inquisitio veritatis vnde super illud io. vltimo dixit eis ihesus. afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit ergo symō petrus et traxit rethe dicit Grego. in omelia q̄ ideo dicitur singulariter ascendere et rethe cū piscibus trahere quia ipsi a domino ecclesia speāliter est comissa scȝ ad portum salutis et ad christum cum fidelibus trahanda et ipsi speāliter est dictum pasce oues meas.

¶ Aliud āt est de electione episcopi q debet pertinere ad clericos omnes sue dyocesis vel ad maiores clericos sicut ad ecclesiam cathedrale3 q: preficitur solum dyocesi. Sed archiepiscopus pficitur sue dyocesi specialiter et toti puincie comuniter Qz autē omnes tāgit ab omnibus debet approbari. ¶ Unde dictum est de pmitiuo iure eligendi nō ad solam ecclesiam cathedralem cuius spaliter interest: sed ad suffraganeos quib⁹ preficitur spectat electio archiepiscopi. Et ita olim seruabatur propter quod in electiōe beati nicholai in metropolitanum mirre orū ecclesia cōuenerunt episcopi suffraganei tanq principales ad quos solo electio pertineret Qz nō fieret si archiepiscopus nullam sedem determinatam haberet. ¶ Sed quia difficile est semper suffraganeos conuocare constitutum est de consensu omniū ad quos spectabat q ad solam ecclesiam cathedralem spectat electio archiepiscopi sic et episcopi Sicut igit si petr⁹ mortu⁹ fuiss3 āteq rōe sedē elegiss3 ad pmitiuā totā ecclesiam vel de eius consensu ad solos apostolos. q. suffraganeos pertinuisset electio successoris petri. ¶ Sed postq rome resedit de iure cōmuni et ad patriarchas ratione vniuersalis ecclesie et ad clerum romanum ratione appropriatiōis spectat electio vt videtur. ¶ Sed q: difficile erat pfiarchas cōuocare nec erat tutū simplicibus canonicis tantu3 negociu3 cōmittere Papa loco patriarcharum et canonicorum: romanoru3 cardinales instituit qui papam eligerent concurrente tamen in hoc consēsu ecclesie generalis sicut infra plenī⁹ ostendet ¶ Unde qui sic in romanū pontifice3 eligitur est verus petri successor et christi plenus vicarius. ¶ Uñ dicit Canon concilij calcedoñ. Si quis episcopus predicatur infamis liberū

habeat licentiam appellādi ad beatissimum antique rome quē habemus petrum:petrā refugij. Et ipsi soli libera potestate loco dei sit ius discernendi episcopi criminati infamiā secundū claues a deo sibi datas. ¶ Item probatur ista cōclusio.s.q potestas pape sit a deo auctoritate Cirilli li libro thesaurorum qui tractans illud verbum Math.xvi. Tu es petrus et sup hāc rc.et porte inferi non preualebunt adsus eam. ¶ Dicit sic secundum autē hanc dnī promissionē ecclesia apostolica petri ab omni seductione et heretica circumuentione immaculata manet super omnes prepositos et episcopos.et super omnes primates ecclesiarum et populorum in suis pontificib⁹ in fide plenissima r auctoritate petri. ¶ Item.xxi.di.q̄uis sancta romana ecclesia catholica et apostolica nullis synodochicis constitutis ceteris ecclesijs prelata est. Sed euāgelica voce domini et saluatoris nr̄i iesu christi primatū obtinuit. ¶ Item.xxij.di.omēs nō ergo q̄libet terrena sētētia Sed illō verbum quo constructum est celum r terra per quod deniq̄ omnia condita sunt elementa romanam fundauit ecclesiam. ¶ Item sequenti ca.sacrosācta romana ecclesia et apostolica non ab apostolis: Sed ab ipso dn̄o r saluatore nostro primatū obtinuit. ¶ Itē ibidem prima ergo sedes celesti beneficio romana ecclesia. ¶ Item ibidē hec vero apostolica sedes et caput et cardo vt prefatum est a domino et nō ab alio constituta est. ¶ Item.vij.auctoritas ad idem. De consecratio.d.i. basilicas. Ubi dicitur sic in fine de ecclesia romana vbi domin⁹ ecclesie totius posuit principatum. ¶ Contra hoc autem Arguitur dupliciter. Primo q: secundum hoc papa non posset mutare sedem suam a roma et alibi transferre hoc autem est conueniens ergo et primum. ¶ Or autem hoc sit inconueniens et q papa ex causa rationabili possit mutari sedem suam. ¶ Dupliciter patet. ¶ Primo q ponat rome alium episcopum et ipse preside at omnibus ecclesijs vniuersaliter et nulli specialiter. ¶ Secundo q ipse sedem suam transferat ad aliam specialem sedem episcopalem nouam vel veteram. ¶ Primū patet quia in hijs que sunt iurisdictionis nō minus potest papa q̄ petrus in eo q papa. sed petrus vsq̄ quo venit Anthiochiam fuit sine sede speciali et ab illo tempore quo anthiochie ignatum cōstituit quousq̄ rome sedit.ergo et papa sic potest eē sine speciali sede. ¶ Per idē patet secundo. Quia et petrus sedē suam de anthiochia romā transtulit Or autem illud sequatur patet.quia homo non potest destruere fundamētum dei dicente apostolo.ij.thimo.ij. ca.firmum fūdamentum dei stat si ergo ecclesia romana a.xp̄o est fundata ergo non potest sedem apostolicā alibi transferre nec aliquo modo mutare quod esset dei fundamentū destruere. ¶ Et cōfirmatur q nec ipse petr⁹ mutare potuisset si vixisset quia seruus non potest tollere legem domini sui. Unde id quod petr⁹ fecit proprio capite papa Successore potest tollere Sed illud quod petr⁹ fecit diuina iussione. Uidetur q nec ipse nec petrus et multo minus quicunq̄ Successor alius posset reuocare. Sedes autem petri electa est rome de speciali domini iussione ergo nullus p̄mit⁹ homo potest istā sedem alibi transferre nec alibi mutare. ¶ Maior probata est. ¶ Minor patet p illud quod scribit marcellus papa vniuersis episcopis per anthiochiam constitutis.xxiij.q. i.rogamus: Ipse est caput totius ecclesie cui ait dominus. Tu es petrus et super hāc petram rc. Ei⁹ eni sedes primitus fuit apud vos: q̄ postea iubente domino romam translata est.

hunc autem iussum domini exponit Innocentius: qui filij sint legitanti. ℭ. per venerabilem. vbi dicit sic. Locus quem elegit dominus apostolica. Sedes esse dinoscitur. Cū enī petrus vrbem fugiens exiuisset volens eum dominus ad locum quem elegerat reuocare: Interrogatus ab eo: domine quo vadis. Respondit venio romam iterum crucifigi quod intelligens pro se dictum ad locum pristinum est reuersus motus eni petrus lachrymis christianorum a facie neronis fugiēs aliā sedem forte eligere volebat secundū illud Math. x. Cum autem persequentur vos in ciuitate ista fugite in aliam. Sed hoc dominus prohibuit volens ibi sedem petri finaliter permanere. ¶ Unde non ex petri sed ex christi electione facta est sedes petri. Quare nō potest etiā a petro mutari. Sicut elegit dominus syon in templum vt esset locus orationis nec ex tūc licuit alibi templum facere etiam sūmo sacerdoti. Unde peccauit helyachim in egyptios egipti simile templū faciens illi Jerosolimi. Ut refert Josephus. ℭ Ad hoc dicēdum q̄ sicut nutu dei factus est serpes eneus quādo profuit in deserto numeri. xxi. postea vero quando in ydolatriam versus est populus destructus est iusto iudicio regis ezechie. iiij. re. xxviij. ℭ Ita si nūc romani in rebelliōe ecclesie existerēt vel alia ciuitas in mundo appareret communior et aptior ad vniuersalis ecclesie regimen: posset papa forte de voluntate dei interpretatiua inde suam sedem mutare. Eadē ratione qua petrus eam romam transtulit. ℭ Sicut constantinus sedem imperij a roma. constantinopolim transtulit ei romana priuilegia concedendo. ¶ Argumentum ad hoc. lxiij. d. ℭ. quia sanctus (ibi) sicut diuina scriptura rc. de serpente eneo. ℭ Sine causa autem rationabili sedē suam a deo rome situatam non posset ipsi papa alibi transferre. Et si valeret non valeret ymo etiam q̄tūcunq̄ causa probabilis apparerent. Quia non nisi contraria dei iussiōe mutandū est. Quod semel iussit sine assensu generalis cōcilij super hoc specialiter conuocati et dei reuelationem super hoc inuocantis non esset talis translatio faciēda. Quia nec propter transmigrationem. Nec propter captiuitatem populi dei ad. lxx. annos licuit locum templi quem deus elegerat immutare. ¶ Nec est simile de mutatione anthiochie quia illam sedem petrus eligerat motu proprio non speciali dn̄i iussione. ¶ Nec est etiam simile de serpente eneo quem dominus erigi fecerat non ad perpetuitatem sed ad temporale remedium in deserto. ¶ Nec est simile de translatione sedis imperialis cuius auctoritas est a pp̄lo romano qui ius suum et potestatem in imperatorem transtulit. Institutis de iure naturali sed q̄ pun cipi.

Secūdo obicitur contra.

ℭ Secūdo arguitur

sic quia papa potest papatui cadere et resignare sed nō posset si potestas sua esset a deo. ergo non est a deo. ¶ Maior patet per multa exempla summorum pontificum qui renunciauerunt et specialiter sancti petri de Murcōe qui post hoc in sanctum canonizatus est qui etiam hoc ipsum declarauit. vt patet de renunci. ℭ. i. libro sexto. ¶ Minor patet dupliciter. Primo quia matrimonium in quo est vinculum diuinum etiam nō consummatum nulla renunciatione potest tolli ergo nec vinculum inter papam et ecclesiam quod est vinculum diuinum. Si papatus est de iure diuino et ipse sit sponsus ecclesie eodem iure nulla renūciatiōe. nec resignatiōe pōt tolli. ¶ Secundo quia si potestas papalis est a deo sicut potestas caracteris sa-

cerdotalis et episcopalis: sicut sacerdos et episcop⁹ nulla renūciatiōe possūt ꝑdere claues ordinis quin semꝑ remaneant: Ille verus sacerdos. Et ille verus episcop⁹ quantumcunqꝫ perdāt ceram et regimen suarum ecclesiarū Ita papa nulla renūciatiōe ꝑdere poterit ius papatus nec potestatem papalem quam habet a deo nec claues ecclesie commissas petro nec per consequens quin semper remaneat ver⁹ papa nec per consequens poterit esse alius verus papa eo viuente ne sicut duo capita in eodem corpore. ¶ Dicēdum est ꝙ papa potest papatui cedere et cedendo desinere esse papa. Si cardinales acceptant alias nō. ¶ Sunt enim in acceptatione papatus duo.

¶ Unum est ius suum quod ei acquiritur. Aliud est ius ecclesie cui obligatur. Cuilibet autem licet renunciare iuri suo in omni eo in quo non est alteri subditus nec obligatus. C. de episcopis et cle. ꝛ. C. de pactis. Si quis i conscribendo. Et qui se semel obligauit non potest se ad libitum liberare igitur papa papatui ex parte quidem sua renunciare potest sed quia semel se obligauit ecclesie ex illa parte renūciare non potest nisi de assensu cardinalium qui in omnibus que ad papā spectāt vicē ecclesie representant. ¶ Est eni papa obligat⁹ ex quo acceptauit ecclesiam regere vnde nisi ecclesia dtet ipsum et consentiat nō videtur ꝙ possit renunciare. sed consentientibus illis potest. ¶ Secundum hanc distinctionem debet intelligi declaratio predicta de renūciatiōe. C. i. vbi dicit romanum pontificem posse liber signare. s. iuri suo. Sed non se posse excutē a iugo nisi sponsa sua consentiente.

¶ Ad primam probationem in contrarium dicendum ꝙ non est simile de clauib⁹ ordinis q̄ adherētossib⁹ ꝑsone inseparabiliter et ipsam sequitur.

¶ Unde caracter ordinis sacerdotalis et episcopalis sicut et baptismalis Sunt indelebiles in anima. ¶ Unde si resurgere episcopus vel sacerdos. Uerus episcopus vel sacerdos esset. Potens conficere confirmare et ordinare. Sicut prius. ¶ Unde illa potestas nō debetur sedi nec statui sed persone: Cum enim moritur curatus vel episcop⁹ su⁹ successor nō succedit ei i ordine. sed habet necesse ordinari. Sꝫ potestas papalis debetur statui non persone. ¶ Unde non acquiritur per personalem cōsecrationem sed eo ipso quo aliqs est in sede. Acquirit et habet illam potestatem. Et eo ipso quo sedem perdit potestatē perdit. Que semper remanet in ipsa Sede que nō moritur: de rescriptis. C. si gratiose li bro sexto. ¶ Esse autē in sede est humanum et liberum dependens ex voluntate eligentium et acceptantis.

Et quia nichil tam naturale est ꝙ vnum quodqꝫ dissolui eo genere quo ligatum est propter quod oīs obligatiōes ē solo cōsēsu mutuo ꝯtūtur cōsensu contrario distrahuntur et etiā dissolnuntur inde est ꝙ vinculum obligationis inter papam ꝛ ecclesiam, solo consensu contractum contrario cōsensu dissoluitur et renunciando in manibus cardinalium acceptantium desinit esse in sede et per consequens potestatem amittit que remanet in sede et acquiritur succedenti in sede. ex ipsamet successione. Et non potest dici de clauibus ordinis. Quia ille sēper sequitur personam et nulli statui debentur. ¶ Per idem respondetur ad aliud de matrimonio carnali. Quia in eo consensum mutuum per verba de presenti que sunt verum sacramētum sequitur vinculum diuinum.

Quod est subiectiue non in anima sꝫ in toto composito. Unde tam diu durat ꝙ vtrunqꝫ suppositum. Sicut tam diu manet corpus et sanguis christi

sub speciebus q̄diu manent species. ¶ Unde illud vinculuꝫ quod est q̄ diuinum et res sacramenti sequens nō nudum consensum. Sed sacramentū integratum ex consensu et verbis in personis abilibus nō potest ab homine dissolui secundum illud quos deus coniunxit homo non separet. ¶ Sed consensus cardinalium eligentium representantium consensum sponse ex vna parte et consensus electi.s.sponsi ex alia p quecunq verba expressus. Non est sacramētum nec etiam sacramētale. ¶ Unde ex opere operato nullum habet effectum diuinū quo ad vinculum. Sed remanet illud vinculum prime humanum solo consēsu hominum contractum. ¶ Unde consensu cōtrario potest tolli eadē ratione qua et sponsalia de futuro que non sūt sacramentum. ¶ Unde non consequit ea aliquod vinculum diuinum propt quod consensu contrarium soluūtur saltem auctoritate ecclesie que tamen nō posse hoc facere si inde nasceretur diuinum vinculum: sicut est in matrimonio per verba de presenti. ¶ Unde obligatio que est inter prelatū quācunq et suam ecclesiam magis assimilatur sponsalibus q̄ matrimonio quātum ad illud quod dictum est. ¶ Unde potestas principalis prout est in sede romana habet fundamentum diuinum non humanum. Et ideo nunq̄ destruit. Sed prout est in persona q̄ ē in sede solis per consensum humanū habet fundamētum humanum. Duplex.s.ipsum hominem et illum consensum que sunt destructibilia. ¶ Uñ quolibet illoruꝫ destructo destruitur potestas a non in se Sed in illa persona in qua erat per accidens per hoc .s. q̄ erat in sede.

Tertia ɔclusio q̄ ois iurisdictio ecclesie ē a papa.

¶ Tertia conclusio

principalis q̄ omnis potestas iurisdictionis ecclesiastice et prelatio in ecclesia ꝓcedit deriuatur ⁊ originatur a papa vel a sede papali.i.ab ecclesia romana. ¶ Quod probat tripliciter. ¶ Primo ex auctoritatibus grecorum precedentib⁹ sic. ¶ Sicut se habuit petr⁹ postq̄ fuit papa ad apostolos ⁊ ad discipulos et premitiam ecclesiam sic se habet papa Romanus ad omnes alios prelatos ecclesie et ad omnes alias ecclesias. Sed petrus sic se habuit ad illos q̄ a petro habuerunt omnem potestatem iurisdictionis non a christo immediate ergo papa sic se habet ad istos q̄ ab ipso habent omnem potestatem iurisdictionis. ¶ Maior patꝫ Quia papa Romanus in omni preeminentia plenitudinē et potestate dignitate iurisdictionis succedit plenes perfecte petro vt probatum est in probatione minoris precedētis rationis. ¶ Et iterum ꝓbatur tripliciter auctoritatibus grecorum prime Synodi Nicene que magne auctoritatis semp fuit apud eos et totam ecclesiam dei: In qua inter cetera legitur sic Ecclesia romana semper primatum habuit semperq habere debet. Hoc autem dicit semper habuit est intelligenduꝫ ex quo ecclesia fuit et ex quo primus in ea petrus sedit ⁊ in ipsa finaliter resedit. ¶ Secundo patet istud per auctoritatem consiliū alterius apud ipsos ¶ Ubi dicitur sic veneramur secundū scripturas et canonum diffinitionem sāctissimum antique rome episcopuꝫ primum esse et maximum omniū episcoporum. Dicit autem antique rome ad differentiam cōstantinopolis, quā constantinus illuc sedem suam transferens et priuilegiis vrbis romane extollens nouā romam voluit appellari ¶ Tertio patet istud auctoritate consiliū calcedoñ. vt inter cetera legitur. q̄ tota synodus acclamauit leoni pape leo sanctissimus apostolicus et ytumeraycos.i. vniuersalis patriarcha p multos annos viuat. ¶ Hec autem

Articulusquintus.

episcopi successerunt loco apostolorū et curati et omnes inferiores prelati loco discipulorū. ¶ Probatur. d. xxi. in nouo. lxviij. q̄rū. ¶ Scdo probatur sic Omnis iurisdictio et prelatio siue potestas cuiuslibet persone ecclesiastice procedit et deriuatur originaliter et principaliter ab institutore et fundatore ecclesie cui presidet. ¶ Et dignitatis seu potestatis vel etiam prelationis qua fungitur et in qua residet ¶ Sed omnes alie ecclesie et dignitates earum sunt institute et sūt date ab ecclesia romana ipsa vero a solo christo ergo potestas et dignitas ecclesie romane est a solo christo. Et omnis alia potestas iurisdictionis et prelationis in omnib⁹ alijs rectorib⁹ et prelatis procedit ab ecclesia romana vel a papa quod idem. Quia non intelligitur q̄ a papa ratione persōe Sed ratione status et dignitatis in qua est. ¶ Maior patet quia cum solum fundamentum sit principium et origo totius edificij omnes autē alie partes sint principiate et originate: impossibile est q̄ fundamentum principiet siue originet ab alijs partib⁹ sed necessariū est ecōuerso. Ui illa ecclesia que fundata est a solo christo Fundās omnes alias originatur et deriuatur a solo christo non ab alijs. Alie vero ab ipsa. ¶ Et cum psona ab ecclesia trahat dignitatem et potestatem non ecōuerso. Oportet q̄ omnis persona ecclesiastica habeat dignitatem et potestatem a fundatore ecclesie et dignitatis cui p̄est et in qua p̄sidet. ¶ Minor autem patet. Auctoritate pape. xxij. d. omnes vbi dicitur sic omnes siue patriarche cuiuslibet apicem siue metropoleon primatus aut episcopatuum cathedras vel ecclesiarum siue cuiuslibet ordinis dignitatē instituit romana ecclesia. Ipsa vero sol⁹ ipse fūdauit q̄ beato petro vite eterne clauigero terreni simul et celestis imperij

iura commisit. ¶ Si dicatur ad minorem q̄ romana ecclesia nō instituit dignitatem nec potestatem ecclesiarum nec cathedrarū sed christus. Sed ipsa instituit personas tn̄ eis sicut videtur dicere glo. ¶ Non videlicet quia quādo locus aliquis non habet episcopū actu nec aptitudine. i. nō habet ius habendi per consequens non est ciuitas nec ecclesia cathedralis. Unde idem ē dare ecclesie cathedrā episcopalem et dare episcopum. Cum antem christ⁹ non distinxerit ecclesias nec dioceses eius vicarius petrus et eius successor assignando nouas sedes episcopales per consequens in omnibus illis nouas cathedras et erexunt et fundauerunt. ¶ Unde ecclesia romana non solum instituit et fundauit personas in prelationibus ecclesiasticis de ipsis puidendo: aut eas in sedibus instituendo: siue modum institutionis ordinendo: ymo etiā ipsas ecclesias cathedrales erexit et sedes et dignitates fundauit sicut dicitur in prealegato capitulo. lxxx. d. in illis vbi dicit Clemens sic in illis vero ciuitatibus quibus olim apud ethnicos primi flamines eorū atq̄ primi legis doctores erant episcoporum primates vel patriarchas beatus petrus poni precepit qui reliquorum causas episcoporum maiora negotia in fide agitarent in illis autem in quibus dudum apud predictos ethnicos erant eorum archiflamines q̄s tam minores esse tenebāt q̄ predictos primates archiepiscopos institui precepit. In singulis vero reliquis ciuitatibus singulos et nō plures episcopos cōstitui precepit qui episcoporum tantum vocabula sortirentur. ¶ Tertio patet idem per duas alias auctoritates primo auctoritate gregorij. ij. q. vi decreto vbi dicitur sic: Sancta romana ecclesia. Ita vices suas alijs impertiuit ecclesiis: Ut in partem sint vocate sollicitudinis nō i plenitudinē potestatis

Clemēs

¶ Secūdo autem auctoritate iulij pa pe i.c.cā i in. C. se dicētis sic ipsa nāqꝫ ecclesia que prima ē ita vices suas reliquis ecclesiis credidit largiendas, vt in partem ꝛc. ¶ Ista enī īpertitio siue largitio vicium suarum non potest intelligi de particulari speciali et accidentali communione quam papa fecit quibusdam ecclesiis quo ad prima tum ꝛ dignitatem legationis. Nec de Cotidianis communionibus quas facit ecclesiis uel personis. ¶ Cum quia illud non conuenit nisi certis et paucis ac determinatis ecclesiis et personis. Auctoritates autem loquuntur de omnibus alijs ecclesiis in cōmuni. ¶ Cum quia ista communio ē accidētalis. Illa autē que sunt per accidens non cadunt sub arte secundo metha. ¶ Unde auctoritates sunt intelligende de potestate quam habent ecclesie communiter et non accidentaliter ꝙ scilicet omnes tales procedant ab ecclesia romana. ¶ Inter has autē auctoritates licet videantur prima facie credibiliores ille grecorum.q. testimonium et confessio inimicorum contra se ipsos ꝙ auctoritates romanorum pontificum que sunt.q. testimonium in causa propria vt dicatur cuilibet eorum. tu de te ipso testimonium perhibes. testimonium tuum non est verum Tamen secundum veritatem auctoritates romanorum pontificum sunt efficaciores in hoc et in sequentibus si atendam⁹ illud verbum christi ad petrum pro se et pro sede sua. Ego rogaui pro te petre vt nō deficiat fides tua ex quo habetur ꝙ romana ecclesia in fide errare non potest nec de eius fide dubitare licet Sed in omnibus est sequenda. ¶ Unde ipse sanctus Ambrosius se in omnibus sequi magistrā sanctam romanam ecclesiam profitetur. xxij.d. Omnes i fide. ¶ Unde cū per pdictas auctoritates cōstet romanā ecclesiam et christi vicarios tanto

Luc. xxij.

tempore tenuisse docuisse: Et per sacram scripturam confirmasse ipsas romanam ecclesiam a christo factam fūdamentum aliarum: Et alias instituisse: et in partem sollicitudinis vocasse Et alias eius vices gerē temerariū est tantorum patrum determinationi preponere sensum suum. Et minime mutanda sunt que longam interpretationem habuerunt. ¶ Nec est credendum ecclesiam romanam a fide errasse nec scripturam sacram peruertisse. quod est etiaꝫ hereticum propter appetitum glorie et honoris. Et potest ipsa econtrario cum christo dicere ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum veruꝫ est quia testimonium perhibet de me pater. i. christus qui eam fundauit et hoc priuilegium sibi dedit: imo dicere oppositum videtur hereticum et erroneuꝫ quia hoc est ecclesie romane priuilegium a christo sibi datuꝫ aufferre. Secundum illud. xxij. d. omnes vbi dicit sic non dubium est quia quisquis cuilibet ecclesie ius suum detrahit iniusticiā facit qui aūt romane ecclesie priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditū aufferre conatur hic proculdubio in hēsim labitur. Et cum ille vocetur iniustus hic est dicendus hereticus. Cum eni iste auctoritates dicant priuilegium ecclesie romane esse ꝙ eam solam christus fūdauit dicere ꝙ alias sicut istā christus fundauit est eius priuilegiuꝫ impugnare.

¶ Contra hoc autem arguitur septeꝫ modis. ¶ Primo sic ecclesia que fundauit et instituit certas alias in determinatis partib⁹ mūdi tantūmodo non instituit ecclesias omnes per vniuersum mundum sed ecclesia romana siue sedes petri ē huiusmodi ergo ꝛc. Maior patet quia illud est ius singulare cuius contrariuꝫ

Articulus quartus

est ius commune vnde qui fundauit aliquas singulariter nō fundauit omnes vniuersaliter et cōmuniter minor patet.xi.d.quis nesciat vbi dicit sic innocentius manifestum est in omnem ytaliā galliā hispaniā et affricā ac sicilā insulasq intercacentes nullū instituisse ecclesias nisi eos quos venerabilis apostolis petrus aut successores eius constituerunt sacerdotes(ibidē) Iste autem sunt modica pars mundi et vniuersalis ecclie et frustra dicēt institute a romanis ponti.singulariter si alie omnes e ent ab eis institute equalit ergo iste sole sunt ab ea instiiute. ¶Respondeo omnes ecclesie dignitates et cure ecclesiastice sunt institute a romanis pontificibus mediate vel immediate sed ille q ibi nominantur imediate quia beatus petrus immediate misit discipulos ad fūdandum diuersas ecclesias sicut beatū marcuz alexandriā potentianum sauinianū in franciā senonas. Et similiter beatus clemens sanctum dionisium pisius et sic de alijs ceteri vero ab apostolis missi ad iuuandum ecclesias alias missi sunt ad hoc ipsum mediate a petro. Insuper et apostoli non auctoritate sua sed petri generalis vicarij christi eos miserunt cuius etiam petri auctoritate ipsimet apostoli exercuerunt omnē iurisdictionem qua functi sunt. Unde actuum xiij.dicit spiritus sanctus segregate michi saulum et barnabam in ministerium ad quod assumpsi eos Quasi dicat cum eos elegerim et assumpseri ad officium regiminis volo tamen q per vos ad illud promoueātur ab alijs segregati. Quod dictum ecclesie i communi intelligitur dictum principaliter petro eius singulari et sūmo rectori. ¶Secundo arguitur sic ecclesia romana non potest istituisse nec fūdasse nec auctorizasse nec dotasse illas ecclie cathedras vel dignitates que ipsā pcesserūt. Sz multe ecclie cathedrales et dignitates ecclesiastice ipsam p cesserunt ergo impossibile est q illas fūdauerit instituerit seu dotauerit et p consequēs non omnes ipsa fundauit nec auctorizauit. Maior patet quia se per causa precedit effectum suū. Minor patet quia anteq romana ecclesia fundata esset ecclesia ierosolimitana erat fundata facta sedes metropolitani habens archiepiscopum iacobum fratrē domini.lxvi.di.porro. ¶Item antiochena a petro in qua primum discipuli appellati sunt christiani fundata erat et sic de multis alijs. ¶Solutio romana ecclesia omnes alias fundauit et instituit tam priores tempore q posteriores. Sed differenter. Nā cum ipsa non sit fundamentum aliorum nisi per hoc q ipsa est sedes petri et cui dictum est. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiā meam. ¶Posteriores tempore ipsa fundauit tripliciter. Unomodo q tūc erant mediate vel immediate eorum fūdamēta faciēdo et cathedras eligēdo. ¶Priores vero se tēpore ipsa fundauit tripliciter. ¶Unomodo eoz fūdamenta faciēdo nō per se tuuc sed p hoc q fuit sponsa eius finaliter qui eas fundauit primordialiter. Quia enim dicitur genesis secundo de viro et de vxore q erūt duo i carne vna et p cosequens quod de vno dicitur attribuitr alteri maxime de pertinentibus ad dotem. Et inter prelatum et ecclesiam ē quoddam matrimonium spirituale. Ideo factum prelati dicitur factum sue ecclesie nō solū pro tempore post cōtractū matrimonium sed ante. ¶Ut sicut dicimus q homo xps fundauit terrā sup aquas quia eā fūdauit idē ipse qui est filius dei licet anteq esset homo. Ita romana ecclesia sponsa tādē petri dicitur fundasse illa que ipse fūdauit etiam antequā sponsus eius dicerē ¶Uel dicitur secundo illas fundasse .i.in suis fundamentis sustinuisse

retinuisse et solidasse. ¶ Nam nisi se tenerent in fide et doctrina et obediētia romane ecclesie a suo fundamento recederēt ⁊ corruerāt. xix. di. ita dominus (vbi dicitur) vt extorrē ministerij se intelligeret eē diuini qui ausus fuisset discedere a soliditate petri. ¶ Vel diu ante ecclesiā romanam esse fūdamentum aliarum exponitur. i. ecclia vel sedes petri. Et tunc verificat̄ de ecclia petri semꝑ. Si de romana: pro tempore precedente de antiochia qn̄ ibi residebat. Et pro tempore primeuo de ecclia ꝑmitiua cui petrꝰ preside bat inde mittēs alios huc ⁊ illuc.

Bernar.

¶ Tertio idem patz

per bernadum libro tertio de consideratione ad eugeniū papam vbi dicit Erras si vt summā ita et solā iusticiā a deo nr̄am apostolicā dignitatē existimas. Si hoc sentis dissentis ab ipo qui ait nō est potestas nisi a deo ad romanos. xiij. Omnis anima sublimioribus potestatibꝰ subdita sit. Nō ait sublimiori tanq̄ in vno sed sublimioribus tanq̄ in multis nō ergo tua sola ptās a deo sunt et mediocres sunt et inferiores. ¶ Dicendū est q̄ si papa existimaret dignitatem et potestatem suam esse solam a deo constitutam excludendo dignitatem et potestatem ordinis sacerdotalis pontificalis dicendo illas non esse eque immediate a deo sicut suam. Ipse erraret. Quia potestas et dignitas ordinis in omnibus ordinatis equaliter a deo ē vt quinto articulo prima conclusione vi. articulo prima conclusione dicitur Item si papa existimaret dignitatem et potestatem sue iurisdictionis sic esse solam a deo / q̄ nulla alia esset a deo nec mediate nec immediate erraret ⁊ dissentiret ab apostolo dicente nō est potestas nisi a deo scilicet mediate vel immediate. Sed si existimat potestatem sue iurisdictionis solā eē immediate a deo omnemq̄ aliam potestatem iurisdictionis ecclesiastice non esse a deo immediate sed mediante sua nō errat nec dissentit ab apostolo dicente non est potestas nisi a deo quia intelligit mediate. Alias tolleretur omnis potestas delegata et episcoporū et balliuorum que non sunt a deo nisi mediantibus superioribus qui istas vices suas committunt.

¶ Ad illud quod se=

quitur non ait sublimiori tanq̄ i vno sed sublimioribus tanq̄ in multis. Non vult ipse dicere qūin papa sit inter omnes sublimissimus et solus altissimus in omnem terram. Sed q̄ cum eo sint sublimes vt curati / sublimiores vt episcopi. Et quod concludit non ergo tua sola potestas a domino: sunt et medicres: sunt et inferiores. Concedendum est modo predicto scilicet q̄ sunt omnes a domino: sed a papa immediate episcoporum mediocris / curatorum inferiorum mediate referendo ad potestatē iurisdictionis. ¶ Nam referendo ad potestatem ordinis omnes sunt eque immediate vt supradictum est. ¶ Vel potest dici q̄ status et potestas iurisdictionis ordinarie in episcopis et curatis est a deo inspirante. ¶ Nam cum bonum sit eos esse in ecclesia / et omne bonum regimen ecclesie (que spiritu sancto regitur) a deo inspirante: non est dubium istos status a deo inspiratos. ¶ Sed propter hoc non sequitur q̄ sint a deo eos per se immediate instituēte et eis potestatem conferente immo mediante vicario christi in terris. Sicut spiritu sancto ispirante sanctus benedictus et alij sancti religiones fundauerunt. Non tamen propterea a deo immediate: sed

ab ecclesia romana approbant et con firmante et instituente ipsos ordines et privilegia largiente.

¶ Quarto patet idē per rabanum super illud Math. xvi. Tibi dabo claues. &c. Hec inquit sol Raban⁹. uendi atq ligandi potestas q̄uis so li petro data videatur a domino. Ta men et coapostolis datur / necnon etiā nunc in episcopis et presbyteris et om ni ecclesie. ¶ Responsio. Potestas data petro datur ceteris apostolis e piscopis: presbiteris. a domino. & a pe tro. ¶ A domino quidam immedia te quo ad potestatem ordinis. Media te quo ad potestatem iurisdictionis. ¶ A petro autem datur simul vtra q sed illa ordinis ministerialiter siue instrumentaliter. Illa vero iurisdicti onis principaliter. ¶ Quia videtur petro aufferri illud quod sibi primo si bi fuit datum vel promissum. si sine eo et non per ipsum alteri dareť po testas iurisdictionis vt dictum est.

¶ Quinto patet idez per leonem papam in quodam sermo Leo pa. ne de apostolis vbi tranctans illď ma thei. xvi. Tibi dabo claues regni ce gni celorum dicit. Transiuit in alios apostolos ius istius potestatis et ad omnes ecclesie principes decreti hu ius constitutio commeauit Petro e nim hoc ideo singulariter creditur q2 cunctis ecclesie rectoribus petri for ma preponitur.

¶ Solutio ius pote statis huius transiuit et quieauit a pe tro in apostolos et principes ecclesie vel a deo per petrum et hoc innuit v bum transitus et quietationis qui im portāt modum in quo non est transi tus de extremo ad extremum nisi per medium. ¶ Unde cum ista potestas primo transiuit a deo ad petrum & p⁹ petrum vltimo ad alios. Consequēs est vt transiuerat ad multos per pe trum quasi per medium et hoc etiam sonat finis auctoritatis. quando dicit petro hoc singulariter creditur tanq̄ ab eo aliis dispensandum secundum illud. i. cor. ix. dispensatio michi tradi ta est. Or petrus est dispensator fide lis et prudens quem constituit domi nus. Luc. xij.

¶ Sexto idem patet per dio. de ecclesiastica ierarchia vbi prius vbi dicitur sic. Diuinus ponti fex ordo primus est de iudicio ordina tionis vel secundum aliam ordinati onem ordinum secundum deum ispi cientium sublimissimus et nouissim⁹ Item vbi habet alia translatio. Sū mus et vltimus idem. Et sequitur et enim in ipsum perficitur et impletur omnis ierarchie dispositio. Etenim omnem ierarchiam videmus in idm consummatam: sic vnamquamq in proprium diuinum summum sacer dotem. ¶ Ibi translatio antiqua ha bet etenim in ipso terminatur et im pletur omnis nostre ierarchie orna tus. Sicut enim vniuersam ierarchi am videmus in ihesum terminatam Ita vnamquamq non proprio diui no ierarchia. ¶ Ex quo habetur q omnis ierarchia ecclesiastica de qua loquitur ibi dionisius immediate re ducitur ad christum Quod nō potest esse nisi omnis potestas ierarchia es set immediate a christo. ¶ Unde cō mentator ibidem. Ordo episcopalis pre ceteris ordinibus ecclesiasticis p rimus est deo: et vltimus et consum matiuus aliorum. Quia in ordinatio ne episcopali consummatur & imple tur omnis ornatus ecclesiastice ierar

chie in domino iesu. ¶ Confirmatur Jta etiā spālis ierarchia termiatur in proprio diuino ierarchico. ¶ Ecce quod est ierarchia terminatur & reducitur in christum. Unde in eodem cōmento maximi habetur sicut vniuersa ierarchia angelica et humana i domino iesu consummatur: sic et quelibet ierarchia in proprio ierarchico. Sed constat q ierarchia angelica reducitur absq3 medio in christum qui est caput hominum et angelorum secundum apostolum. Constat etiam q quelibet ierarchia in propriam ierarchiam sine medio reducitur. Quare tota ierarchia ecclesiastica per immediatam receptionem potestatis a christo immediate reducitur ad christum ¶ Solutio ordo pontificum est diuinus non q potestas iurisdictionis pōtificalis sit a deo immediate. S3 quia ipse ordo est a solo deo principaliter/ ipsum ordinem in anima imprimēte ¶ Jtem ordo pontificum sublimissimus et nouissimus/summus et vltim⁹ ē: in quo perficitur omnis ierarchie dispositio secundum potestatem caracteris/in qua omnes episcopi sūt equales: nec papa excellit. Et loquendo de reductione in deum que est per potestatem ordinis ita immediate reducūtur in deum per quemlibet pontificem sicut per papam. Cum papa non possit ministrare plura sacramēta q̄ minimus episcop⁹. ¶ Et de ista potestate conceditur q in omnibus sit equaliter a deo. Non autem loquitur de potestate iurisdictionis i qua dicere quemlibet episcopum eē summum et sublimissimum est hereticu3 Quia licet episcopus quilibet sit sūmus sacerdos tamen vnus solus est summus pontifex. ¶ Or dicunt q

Dionisi⁹ ex illis verbis dionisii habetur q omnis ecclesiastica ierarchia reducit̄ immediate ad christum. Ue3 ē sicut in perficientem et consummantem principaliter in omni sacramenti donatione et sicut in finem vltimum non in papam nec in alium purum hominē isto modo. ¶ Or vlterius dicunt q hoc nō esset nisi omnis ecclesiastica ierarchia esset immediate a christo nō a petro. ¶ Dicendum q non est verū nisi de potestate ordinis nec sequitur aliquomodo de alia potestate. ¶ Na3 quando dicit dio. q omnis ierarchia consummatur et terminatur in ihesu. Jntelligendu3 est sicut in fine suo proprio et sicut in primo et supremo ierarchico a quo sunt omnes principatus ierarchie immediate vel mediate. Sed non oportet q omnes immediate pro tempore post ascensionē pro quo posuit ierarchicum alium loco sui. ¶ Or dicit commentator q ordo episcopalis pre ceteris est proximus deo et vltimus. ¶ Omnia hec manifeste sonant potestatem ordinis quam omnes concedunt esse immediate a deo et pontificalem esse dignioré sacramētaliter & p ōñs ol alia. dico aūt digniorē sacramētali īq̄tum ipsā includit et aliquid addit sicut omne totum est dignius sua parte. Sed si ad inuicem distingueretur vt diuerse partes ordo sacerdotalis q̄ est ptās cōficiēdi corpus et sanguinem christi. Et pontificalis qui est potestas confirmandi et ordinandi: multo dignior esset ordo sacerdotalis per se q̄ pontificalis per se. ¶ Or dicunt postea q angelica ierarchia reducitur i christum absq3 medio non videtur eē verum. ¶ Quia infima ierarchia reducitur in deum mediante suprema: et in qualibet ierarchia inferior ordo p superiorem. ¶ Que reductio intelligitur non quo ad diuine essencie visionem quam omnes angeli habent sine medio. Sed q̄tum ad reuelationē misteriorum gratie. ¶ Unde cum reuelationes angeli non accipiant a deo nisi mediante anima christi (sicut

dicitur in prologo super apocalipsim ¶ Reuelauit tota trinitas christo secundum humanitatem/christus vero Johanni per angelum et per consequens christus angelo secundum illud in quem desiderant angeli prospicere vtique ab eo illuminandi de misteriis dei. ¶ Si igitur omnes angeli reducerentur in christum sine medio ab ipso purgandi illuminandi et perficiendi: tunc angeli reducerentur in deum sine medio angelico: licet per medium christum. Quod est contra doctrinam Dionisij in de angelica ierarchia vbi exponens illud ysaie. Quis est iste qui venit de edom. etc. dicit quod est vox inferiorum angelorum ad superiores ab eis illuminandorum qui et ipsi illuminantur a christo dicente. Ego qui loquor iusticiam. etc Esaye. lxiij. Non ergo verum est quod angelica ierarchia reducatur in christum sine medio. ¶ Ad probationem christus caput est hominum et angelorum.

¶ Dicendum quod hoc est ad oppositum quia in hominibus non quilibet reducitur immediate per seipsum in cristum sed per sacerdotes et episcopos reducuntur inferiores secundum Dio. ¶ Quod vlterius dicunt quod tota ierarchia ecclesiastica reducitur in christum immediate per imediatam receptionem potestatis a christo. De potestate ord. verum est non de alia. ¶ Ad probationem quod quelibet ierarchia reducitur in proprium ierarchicum sine medio. ¶ Dicendum est quod verum est de ierarchico infimo: non de summo ad quem fit reductio per medium. ¶ Que etiam mediatio potest esse per collationem potestatis: sicut papa dat potestatem legato suo. et ille sub legato et ille sub delegato. Et isto modo papa dat episcopo et ille curato.

¶ Septimo idem pa

tet per Jeronimum contra Jouinianum qui dicit supra petrum fundatur ecclesiam: licet ad ipsum super ceteros apostolos fiat. Jheronimus.


¶ Solutio. Ecclesia

fundata est supra petrum dupliciter. ¶ Unomodo quia super fidem petri quia pro omnibus respondit. Tu es christus filius dei viui et super hanc petram fidei fundata est ecclesia. ¶ Sed quia omnes apostoli sicut petrus predicauerunt fidem. Ideo etiam ipsi cum petro sunt fundamenta ecclesie/secundum illud apo. xxi. murus ciuitatis habens fundamenta duodecim et in ipsis nomina duodecim. apostolorum sed non eque solida quia sola ecclesia petri non potest errare a fide.

¶ Secundomodo fundata

est ecclesia supra petrum quia supra potestatem petri quia totum fundamentum potestatis ecclesie est super hoc quod petro est promissum datum per ecclesiam. xxiiij. q. ij. quecunque / et sic non est fundata super alios apostolos quia tota potestas ecclesie fuit collata petro nec habet ecclesia aliquam potestatem iurisdictionis nisi a petro quam petro episcopus concessit.

¶ Sequitur quintus articulus



Quintus articu

lus principalis est de potestate episcoporum habens tres conclusiones Prima est de potestate ordinis episcopalis. ¶ Secunda de potestate iurisdictionis q̃tum ad personas ipsorum episcoporum. ¶ Tertia de potestate ecclesiarum cathedralium quibus presunt. ¶ Prima ergo conclusio de causa immediata potestatis ordinis eque immediate et eque perfectam in sua essentia et eque virtuosam in suo effectu a christo habet episcopus sicut papa ¶ Primum autem dictum scz de eq̃litate immediationis. ¶ Sic patet quia sicut Omnes alij episcopi habent istā potestatem a christo non nisi mediante sua consecratione et episcopo consecrante vno vel pluribus nec papa qui ad hoc q̃ sit verus exñs ita idiget consecrari sicut minimus exñs. Quia ipse papa non est super sacramēta sz sub eis et subiacet xp̃o sicut et alij xp̃iani et legibus et ordinationibus christi. ¶ Unde sicut si non fuisset confirmatus indigeret sacramento vero cō firmationis sicut alij ita si non erat p̃us in episcopum consecratus indigeret consecrari sic vt alij nec potest ipse dispensare in sententia cōsecrationis licet possit dispensare in ritu et solennitate circa se sicut nec circa alium.

¶ Quia consecratio sacramentalis non est quid sacramētale tamtum ab ecclesia institutum sicut est consecratio abbatis ecclesie vel altaris sed est verum sacramentum. i. pars et complementum ordinis sacerdotalis que est pars principalis et finalis ordinis.

¶ In hac autem immediatione cause plus habuit petrus ceteris episcopis et successoribus suis quia ipse fuit factus a christo episcopus verus sine alio ministerio et sine exteriori vnctione p̃ hec verba Pasce oues meas pasce agnos meos idest accipe potestatem p̃fectionis ordinandi ad generandum filios ecclesie et imperfectos confirmandi ad pugnam visibilem et inuisibilem. Quia potestas alijs ministrat materiam generationis et fortificat ipsum que duplex potestas integrat essentialiter potestatem episcopalem q̃tum ad id quod est sibi proprium et q̃d addit ad potestatem sacerdotalem.

¶ Item accipe potestatem ligandi custodiendi regendi disponēdi ouile meum quantum ad omnia necessaria et vtilia ad salutem directe et indirecte dupliciter principaliter et secundario que ē proprie potestas papalis. ¶ Unde christus per illa verba fecit eum simul et semel verum episcopum et verum papam. ¶ Item in hoc plus habuit petrus q̃ omnes alij episcopi etiam successores sui. Qui ab ipso processerunt omnes alij episcopi etiam quo ad potestatem ordinis. Inq̃tum ab ipso petro primo et solo episcopo a christo facto omnes alij immediate vel mediate sunt postea ordinati quod non potest dici de aliquo successore ipsius quia omnes sunt a puro homine ordinati nec ab illis sunt omnes alij ordinati.

¶ Secundo dico q̃

omnes episcopi habent istam potestatem ordinatā a christo eque plenam magnam integram et perfectam q̃tum ad suam essentiam sicut papa. Quia ordo episcopalis in sua essentia non recipit magis nec minus vnde a quocunq̃ habetur totus et totaliter. ¶ Unde plenitudo potestatis quam habet papa supra alios non pertinet ad potestatem ordinis in qua nō p̃cellit alios sz ad ptātē iurisdictiōis i q̃ p̃eminet vniuersis. ¶ Unde sicut alij epi

qui habent potestatem limitatam et coartatam possunt ea que sunt iurisdictionis ante suam consecrationem equaliter sicut post: de elec. c. trāsmissam. Sic papa potest omnia que per tinent ad plenitudinem potestatis sue talem statum. Inde est ꝙ papa est verus papa ante consecrationem ꝗuis electus et confirmatus in episcopum non sit verus episcopus añ consecrationem. Quia episcopus principaliter est nomen ordinis. ¶ Unde sicut non est sacerdos ante ordinationē sacerdotalem: sic nec episcopus ante episcopalem consecrationem. Sʒ papatus est nomen dignitatis sicut curatus decanatus archidiaconatus et huiusmodi. ¶ Unde sicut aliquis est verus curatus decanus archidiaconus etiam anteꝗ habeat ordineʒ debitum illi dignitati. Ita est verus papa et essentialiter ex quo rite assensit anteꝗ consecretur in episcopum potens omnia que potest papa vt papa idest que sunt iurisdictionis. ¶ Unde potest facere personas abiles vel inabiles ad matrimonium. statuere. destruere consecrationes que non sunt sacramenta: non episcopo committere. Quod non potest simplex episcopus nec ante nec post. de consec. eccle. c. aqua. ¶ Item indulgentias dare gratias facere omnia que ad solā iurisdictionem pertinent.

¶ Tertio dico ꝙ omnes episcopi habent a xp̄o potestateʒ ordinis eque virtuosam in suo proprio effectu sicut papa. Quia ideʒ manēs idem semper est aptum natum facere idem secundo de gñatione. ¶ Unde cum sit idem caracter specie nō maior nec minor in ceteris sicut in papa quicquid potest papa per solum ordinem episcopalem: hoc potest etiā episcopus quilibet. ¶ Dico autem ī suo proprio effectu ad differentiam eiꝰ qđ potest ex adiuncto. Uerbi gratia. confirmare et ordinare sunt ꝓpria episcoporum de iure diuino. ¶ Unde ī hijs non potest minus episcopus ꝗ papa facere. ¶ Talia tamen aliud includūt scʒ potestatem ordinis et iurisdictionis. Unde ratione inclusi hic plꝰ potest papa ꝗ simplex episcopus q: consecratus potest committere simplici sacerdoti confirmationem. xxv. d. peruenit. Quod non potest simplex episcopus de consuetudine. c. quanto

¶ Sed contra hoc arguitur quia illa commissio aut partium ad potestatem ordinis aut iurisdictionis. Si ordinis cum sit equalis in omnibus episcopis omnis episcopus poterit committere non episcopo cōfirmationeʒ quod est contra predicta. Si autem partium ad potestatem iurisdictionis: tunc posset committere papa anteꝗ esset consecratus sicut et alia iurisdictionis. ¶ Hoc autem est inconueniens. Quia si posset per alium posset etiam per seipsum: consequens est falsum ergo et antecedens. ¶ Probatio consequentie quia virtus non est maior in effecta ꝗ in causa: si ergo simplex sacerdos alius a papa virtute sibi commissa et per consequēs a virtute papali causata potest confirmare multo magis papa exñs simplex sacerdos virtute papali existente in eo formaliter potest hoc facere. ¶ Si dicatur contra hoc: quia inter dantam et accipientem debʒ eē distinctio personalis. de institutionibus. c. vltimo. vnde cuʒ simplex sacerdos non possit ista nisi ex dono pape et papa non possit sibiipsi aliquid dare et per consequens nec potest hoc facere. ¶ Dicendum ꝙ papa nihil potest sibi dare: sed eo quod habet a deo pōt non minus vti per se ꝗ per aliū ¶ Unde si per simplicem sacerdotem papa non episcopus confirmare possit mul

tomagis ipse et simplex sacerdos per se posset confirmare. Qr papa nō pōt mutare naturā sacramētorū a xpo institutā pȝ exēplo aploꝝ ¶ Probat an tecedens. s. ꝙ papa simplex sacerdos non episcopus non possit per se confirmare quia papa non potest mutare naturam sacramentorum a christo institutam. Sed natura confirmatio nis a christo institu ta sicut patet exēplo apostolorūȝ est ꝙ confirmatio nō fiat nisi a potestate episcopali de consecra. dist. v. Manus ergo nisi sit episcopus confirmans aut mandans impossibile est ꝙ sit confirmatio. ¶ Dicendum ꝙ illa commissio non pertinet ad alteram potestateȝ sed ad vtrāꝗ simul iunctam vnde nisi committens sit verus papa et verus episcopus non potest committere non episcopo confirmationeȝ que semper fit virtute episcopali vel sola: quādo fit ab episcopo vel episcopali et papali: quandocunꝗ fit a non episcopo. Un de tunc plus potest simplex sacerdos papa: ꝙ simplex sacerdos non papa. Qr potest confirmare ex commissio ne alicuius pape epi. Simplex autem sacerdos papa: non potest confirmare. Nec iure suo cum non sit episcop⁹ Nec ex commissione alterius qr non est alius papa. Nec ex cōmissione sua sibi facta: non solum quia non potest sibi dare solū sed quia non posset dare alteri vt visum est.

Secūda ꝯclusio de ptāte iurisdicti onis episcopalis

¶ Secunda conclusio principalis huius articuli de potestate iurisdictionis episcopalis quantum ad personas ipsorum episcoporum est. Qr omnis potestas quā habent episcopi communiter ligandi et soluendi et quecunꝗ alia superaddita ordini episcopali quam scilicet habet in vtroꝗ foro episcopus habens populum sibi subditum super episcopum qui nullos hȝ subditos ꝛ a papa et non solum sub est pape.

Pᵃ ratione pro se cūda ꝯclusione.

¶ Et ista patȝ sex rationibus. Prima ex hijs que dicta sunt duobus modis. ¶ Unomodo ꝙ papa se habet ad episcopos sicut petrus se habuit ad apostolos. Sed apostoli omnem potestatem iurisdictionis habuerunt a petro ergo episcopi omnem huiusmodi potestatem habent a papa. ¶ Maior patet quia sicut episcopi tenent locum apostolorum quem finaliter habuerunt. lxviij d. quorum. sic papa tenet locum petri in plenitudine potestatis (vt dictum est in secunda conclusione precedentis articuli) ¶ Et probatur iterum: quia cirilus hierosolimitanus patriarcha ex persona christi loquens petro dᵉ sic. Tu cū fine: ego sum sine fine cum omnibus quos loco tui ponam pleno et perfecto sacramento et auctoritate cum eis ero sicut sum et tecum. ¶ Minor patȝ per ea que dicta sunt in secunda conclusione primi articuli vbi probatum est ꝙ omnes apostoli post xpi ascensionem ceperunt a petro omnem potestatem iurisdictionis quam habuerunt.

Secūda ratio.

¶ Secundo probatur sic eadem conclusio ex predictis: omnis potestas iurisdictionis ecclesiastice procedit a papa. sed omnis potestas iurisdictiōis in epis vt sic ē potestas ecclesiastica ergo omnis talis est a papa. ¶ Maior patet per id qđ probatum est in tertia ꝯclusione pcedentis articuli. ¶ Minor pȝ qr epūs ē spōsus sue eccłie vñ et anulū portat

Tertia ratio.

¶ Tertio patet ideȝ sic ab illo hȝ aliqs ptātē iurisdictiōis a quo pricipaliter ꝛ pfecte hȝ statū cui debet illa ptās/a ꝗcunꝗ illa ptās illi statui sit annexa. Sȝ ois eps et curatus hȝ a papa pricipaliter et perfecte

¶ Sed sicut non sequitur filius est ex emptus vel liberatus a paterna pote state ergo filius iam non est filius et ꝑ consequens non habet patrem. Quia imo est filius sed emancipatus q nūꝙ sic potest eximi a patris subiectiōe qn semper debeat ei honorem et reuerē tiam exhibere. ¶ Ita eciam ꝙuis sub diti episcopi eximātur ab eius iuris dictione et subiectione ꝙtum ad aliq̄ nichilominus remanent ei subiecti ꝙ tum ad exhibitionem honoꝝ et reue rentie et ipse est eṗs ipsorum licet nō subsit ei quo ad alia. ¶ Ita etiam li cet parochiani nō subsint curato quo ad omnia sacramenta ab ipso suscipi enda: quia non potest eis ministrare omnia puta confirmationem et ordi nes nichilominus sunt eis vere subdi ti et veri parochiani: quia saltem mul ta alia potest eis ministrare ¶ Est etiā aduertendum ꝙ subiectio subditorū ad curatum non est solum in hoc ꝙ te neantur ab ipso suscipere sacramen ta: sed in hoc ꝙ tenentur ei exhibere reuerentiam et honorem. ¶ Itē tenē tur ei dare decias de iure cōi ⁊ oblatio nes et alia iura ꝓchialia reddere ⁊ ipā lia nccia ministrare. Et qz pñt ab ipo i q̄ busdē casibꝰ excoicari ⁊ hñt etꝰ monitio nibꝰ rōabilibꝰ ꝑere. ¶ Itē qz iure suo

habet eis ministrare sacramēta vel mi
nistrum delegare. Ūn sicut illi qui sub
sunt archidiacono. et episcopo nō pro-
pter hoc eximuntur a ptāte et iurisdi
ctione archidiaconi quia liberum est
eis si volunt semper litigare coram of
ficiali episcopi Et nunq̄ coram officia
li archidiaconi. Ita nō propter hoc exi
muntur subditi a subiectione curati.
Quia liberum est eis si magis videat̄
eis sue saluti expedire cōfiteri vicario
superioris vt pote quia sciētior vel do
ctior aut discrecior iudicio ipsorum q̄
curato vel eius vicario. ¶ Quod post
ea dicitur si papa potest eximere paro
chianos quo ad vnum eadem ratione
quo ad omnia. Non sequitur Quia p
exemptiōez quo ad vnum non sic tolli
tur status curatorum sicut per exem-
ptionem quo ad omnia. ¶ Sicut epis-
copi secundum eos (quia superiores)
auferunt curatis potestatem absoluē
di in certis casibus. Non tamen prop-
ter hoc possunt auferre in omnibus.
Quia sic non possūt rationabiliter au
ferre omnia sicut auferre sibi quo ad
aliquid. ¶ Supposito ergo q̄ non pos-
sit tollere ordinez episcoporum nec cu
ratorum ex toto quia non habet pote
statem in destructionem tocius eccle-
sie. Sed in edificationem nec illud pos
set eē rationabile si subditi quo ad om
nia eximerentur a curatis: vel episco-
pis tolleretur eorum superioritas. Un
de non potest totaliter tollere statum
et ordinem episcoporum et curatoruz
et facere q̄ ipse solus sit prelatus Sic
non potest subditos eorum in omnibꝰ
et per omnia eximere: ad quod sequit̄
illud quia si non potest consequens nō
potest antecedens. Quia quandocun
q̄ aliquid prohibetur. prohibetur oē
illud per quod peruenitur ad illud. ff.
de spō. l. oro. Sed si subditi eximantur
a potestate superiorū quo ad vnum vel
pluribus. Non propter hoc tollitur to
tus status superiorum quorum superio

ritas in aliis remanet. ¶ Unde non se-
quitur si potest eximere quo ad vnuz
pari ratione quo ad omnia Tū quia
potest esse rationabilis exemptio quo
ad vnum non quo ad omnia et ad exē
ptionem partialem non sequitur ener
uacio prelatorum sicut ad totalē. ¶ Et
si dicatur potest eximere quo ad sacra
mentum illud et pari ratione quo ad
secūdum et ad tercium et sic de singu
lis ergo quo ad omnia: non sequitur.
Quia equaliter potest quo ad quod-
libet diuisim sed non quo ad omia cō
iunctim. ¶ Papa etiam non potest
quo ad omnia diuisim equaliter loquē
do de potestate ordinata. Quia non ē
equalis ratio. ¶ Sunt enim quedam
sacramenta in quorū exhibitione nec
sanctitas nec discretio ministrantis ē
multum necessaria sicut in baptismo.
et extrema vnctione. communione: bñ
dictione. et huiusmodi vnde cum tm̄
valeant ista ministrata a malo quantū
a bono a docto q̄tum ab indocto. Nō
est iusta causa q̄ propter ista suscipiē
da aliquis querat alium a proprio sa-
cerdote. ¶ Sed in exhibitiōe sacramē
ti penitētie secus est. Quia licet igno
rantia vel malicia sacerdotis non aufe
rat ei potestatem absoluendi (sicut di-
xerunt aliqui heretici) Tamē frequē
ter quodlibet illorum aufert fructum
penitentie. ¶ Si enim sacerdos sit lu
bricus et hoc sciat mulier que de hoc
ipso vult confiteri paruam deuotionē
poterit habere quia forte de luxuria
ipsam ipetet. ¶ Sicut duo senes pres
byteri visi sunt corrumpere susannaz
Daniel. xiii. parum etiam cōfidit infir
mus a medico curari quem videt eo-
dem morbo vel grauiori laborare et di
cet ei. Medice cura teipsum. ¶ Simi
liter etiam sicut dicitur in vitaspatrū
propter indiscretionem senū quibus
iuuenes confitebantur cogitationes
suas multi in desperatione lapsi sunt
vel aliter perierūt sicut patet i multis

exemplis. Et hoc quia dicit grego. in pastorali quia est ars artium regimen aiarum et sordes extergere nõ valet manus q̃ lutum tenet. ¶ Uñ q̃r multe parochie sũt paupes viri idonei eas recusãt et i pluribus de .xx. curatis vix inuenit qui theologiam audierit quõ ergo bonus medicus aut cirurgicus erit qui nunq̃ audiuit aut studuit vnam lectionem de medicina anime. ¶ Per solam enim theologiam potest hõ scire perfecte mederi animabus. ¶ Unde si statueretur q̃ liceret omnibus confiteri magistris in theologia de quibus debet supponi q̃ sunt viri idonei moribus et scientia et q̃ eis confessi non tenerentur iterum eadem curatis confiteri: non appareret michi irrationabilitas huius statuti. Nam propter hoc statuit consilium q̃ episcopi per diocesim mitterent viros idoneos moribus et scientia cum potestate predicandi et confessiones audiendi vtiq̃ in supplementum episcoporum q̃ corporali presentia non possunt vbiq̃ adesse. Et curatorum qui vt in pluribus non sunt tante scientie q̃tum requirit officium confessorum et predicator. Uñ cũ ille qui soluit alicui auctoritate iuris non teneatur amplius debitum aliis soluere ita cũ sint missi ex ordinatione statuti. Et ex cõmissione episcopi absoluant ab eis absoluti. nõ tenet illa ãplius cõfiteri ¶ Videt aũt q̃ fratres loco illorũ succedãt. Tũ quia secundum tenorem vtriusq̃ constitutionis inter cunctas et super cathedrã fratres debent presẽtari episcopo ad predicandum et ad audiendum cõfessionem licentiam petituri. qui etiam debent esse idonei moribus et scientia approbati. ¶ Presentari dico vt de ei9 licentia hoc faciant. Quã tamen si neget: papa concedit. Tum quia episcopi nullos mittunt sicut illud conciliũ dicit. ¶ Unde aut episcopi non implent illud preceptum Aut implent. Isto mõ q̃ fratrib9 licẽtiã talẽ pcedũt ¶ Item q̃ non sit ita absurdum eximere subditos a potestate curatorum q̃o ad vnum sacramentum sicut quo ad omnia et q̃ id possit fieri. Patet per illud q̃ in quibusdem locis est consuetudo q̃ sacramentum extreme vnctionis non exhibeatur a curatis sed ab aliis sicut autisione a quattuor canonicis sacerdotibus quorum hoc est officium. Curati vero penitentiam et eucharistiam ministrant sed nullo modo extremam vnctionem et nichilominus remanent vere curati et superiores quo ad alia. Multo magis in proposito. Quia per hanc licentiam parochiani non eximuntur in aliquo a subiectione sacerdotis plus q̃ prius. Qui ita possunt si volunt ab ipso recipere sicut prius. Et ita tenentur ei cõfiteri sicut prius de non confessis sub disiũctione sc3 superioris vel alterutrius mandato sicut sibi melius videbit expedire.

¶ Explicit decisio articuli sup materia confessionum. A domino Petro de palude ordinis fratrum predicatorum patriarche ierosolimitani. Impressus parisius per Johannem barbier impressorem pro Johanne petit librario Commorante in vico sancti iacobi sub intersignio leonis argentei. Anno nr̃e salutis. M.ccccc.vi.

Fratris iohannis de parisius Doctoris theologi ordinis fratrū predicatorū. Tractatus de potestate regia et papali Incipit

¶ Prohemium.

INterdum cōtingit q̄ vitare volens aliquē errorē delabit i errorem ɔ̄triū. Sic enī legimus.xvi.questi.i. Non nullos asserētes q̄ monachi quia mūdo mortui sunt:non possunt(quia eis repugnat ratione qua monachi sunt) penitentias dare: nec christianitatem largiri. ¶ Quem errorem,aliqui vitare volentes vel forte ipsum preuenientes dixerunt Q̄ monachis debetur ratiōe qua perfectionis statum elegerunt confessiones audire: absoluere ac penitentias iniungere salutares. ¶ Inter quos duos errores :doctrina sana mediat Ponens q̄ nec monachis repugnat nec debetur ratione status. Sed eis conuenire potest si eis a suis ordinariis committatur.quibus de iure debetur. ¶ Sic enim in libro de duabus naturis et vna psōa christi Dicit augustinus q̄ fides medium tenet inter duos errores contrarios: scilicet nestorij et enticetis. ¶ Modo consimili circa potestatem ecclesiasticorū pontificum veritas medium ponit inter duos errores. ¶ Nā error vualdensium fuit successoribus apostolorum scilicet pape et prelatis ecclesiasticis dominium in temporalibus repugnare:nec eis licere habere diuitias temporales. ¶ Unde ecclesiam dei et successores apostolorum et veros prelatos ecclesie dei durasse dicunt tantum vsq̄ ad siluestrum papam a quo donatione facta ecclesie per constantinum imperatorem dicunt incepisse romanam ecclesiā que modo secundum ipsos non est dei ecclesia. Sed dei ecclesiam iam d. fecisse dicunt enim q̄ in ipsis est continuata et per ipsos reparata.

¶ Ad hoc inducunt inter cetera Illud Matthei sexto. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Et illud prima thimo. sexta. Habentes alimenta,et quibus tegamur: hijs contenti simus. Et illud qui volunt diuites fieri.et cetera. Et iterum Matthei sexto. Non potestis deo seruire et mammone. Et ibidē Nolite solliciti esse anime vestre : quid manducetis neq̄ cor.et cetera. Et illud. Respicite volatilia celi. ¶ Et illud Matthei q̄nto. Nolite possidere aurum : et cetera. Et illud Luce decimoquarto. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet:⁊ cetera Et illud Actuum tertio. Argentū et aurum non est michi:⁊ cetera.

Ex hijs dicunt prelatos ecclesie dei successores apostolorum non debere habere dominiū in diuitijs tēporalibus et terrenis.

¶ Alius vero fuit error herodis qui audiens christum re

gem natum credidit ipsum esse re-
gem terrenum. ¶ Ex quo diriuari
videtur oppinio quorundam moder
norum: qui intantum supradictum
errorem vvaldensium declinant ad
oppositum totaliter deflexi. Ita vt
asserant dominum papam inquan-
tum est loco christi in terris habere
dominium in temporalibus bonis
principum et barronum et cognitio
nem seu iurisdictionem. ¶ Dicunt
etiam ꝙ hanc potestatem in tempo
ralibus habet papa excellentius ꝙ̄
princeps secularis quia papa habet
eam secundum primariam auctori-
tatem et a deo immediate princeps
aut habet eam papa mediate.
¶ Et iterum dicunt ꝙ papa nō ha
bet executionem immediatam: nisi
in aliquibus casibus notatis ex extri
sece qui filii sunt legitimi. per vene-
rabilem: princeps autem habet re-
gulariter immediatam executionē
Et qui aliter notauerunt locuti sūt
in fauorem principum: quod verum
est deserentes.
¶ Et si papa dīt se aliquando iurisdi
ctionem temporalem non habere. i-
telligendum est quantum ad regu-
larem et immediatam executionem
vel quia vult pacem principum et ec
clesie custodire. vel ne prelati sint ni-
mis proni ad intromittendum se de
temporalibus bonis et secularibus
negociis. ¶ Dicunt etiam ꝙ aliter
se habet papa ad bona temporalia ꝙ̄
pricipes et prelati et solus papa est
verus dominus temporalium: Ita
ꝙ potest pro libito absoluere vsura-
rium a debito vsure. Et auferre ab
alio quod alias suum ē. Et tenet fa-
ctum eius licet peccet: Nec debeat
hoc facere nisi pro causa rationabi-
li id est pro defensione ecclesie et aliis

huiusmodi. ¶ Sed prelati ceteri et
principes non sunt domini sed tuto-
res procuratores et dispensatores.
¶ Hec autem oppinio quantū ad
dominium in rebus non solum ex er
rore herodis nascitur. Sed videtur
intrare vigilancii errorem. ¶ Nam
hoc tenent omnes et tenendum est
ꝙ domino pape non repugnat rati
one status sui id quod est perfectio-
nis euangelice. Constat autem ꝙ si
papa ratione sui status inquantum
scilicet papa et christi vicarius est do
minus omnium abdicatio proprieta
tis et abiectio dominii in temporali
bus et repugnat ratione sui status.
cum oppositum per se conueniat
¶ Paupertas ergo et priuatio do-
minii in rebus temporalibus. sine
exterioribus non est perfectionis eu
uangelice. vt dīt vigilancius. ¶ De
quo dicit Augustinus in libro de ago
ne christiano. ꝙ sunt qui q̄ sua sunt
querunt quamuis catholici. Aut ex
ipso christi nomine gloriam queren
tes heretici. Ex quorum numero o-
lim vigilancius surrexit in gallia q̄
antea errorū monstris caruerat pau
pertati diuitum status equare pre-
sumens Sicut olim Iouinianus in
ytalia matrimonium castitati.
¶ Videtur etiam hec opinio aliquid
habere de supercilio phariseorum q̄
populum decimas: et sacrificia deo
offerentem non teneri ad censū red-
dendum cesari predicabant vt ab ip
sis dicioribus effecti pinguiores reci
perent portiones vt dicit Ieronim⁹
¶ Hec etiam oppinio in hoc pericu
losa videtur ꝙ a conuersis ad fi-
dem dominium rerum quod prius
habebant transfert in summum pō-
tificē. Ex quo fides ipsis minus red
detur gratiosa et ipsi fidei detrahi-

tur. cū per eam turbantur iura ɔditi ōis christiane vt dicit glosa. prima petri. ij. ¶ Ex hac etiam oppinione timendum est nedum in domo domini sic negociatio ingrediatur. At ihesus iratus et rigidus. Non aliter mūdet templum suum nisi flagello adhibito et de spelunca latronum faciat domum orationis: vt dicit Crisostomus super Mattheum.

¶ Inter has autem

oppiniones tam contrarias quarū primam erroneam omnes putant: puto ego ꝙ veritas medium ponit scilicet ꝙ prelatis ecclesie non repugnat habere dominium in temporalibus: et iurisdictionem contra primam oppinionem. Nec debetur eis per se ratione sui status: et ratione qua sunt vicarij iesu christi et apostolorum successores. ¶ Sed eis conuenire potest. habere talia ex concessione et permissione principum si ab eis ex deuotione aliquid fuerit collatum eis Uel si habuerint aliunde ☞ ¶ Protestor autem ꝙ nichil intendo dicere cum assertione aliqua contra fidem nec contra bonos mores vel sanam doctrinam persone: vel status summi pontificis reuerētia Et si aliquid huiusmodi occurrerit interdicta vel dicenda principaliter vel incidenter volo pro non dicto haberi volens hanc protestationem valere et currere ac si eam specialiter resumerem super quodlibet dicendorum.

¶ In hac autem ma

teria ad declarationem predictorū sic proceditur. ☞ Primo ostendetur quid sit regnum et vnde habuerit ortum. ☞ ¶ Secundo ostendetur de sacerdotio. ☞ ¶ Tertio de ordine ministrorum ad vnum supremum. ☞ ¶ Quarto quid sit prius tempore regnum vel sacerdotium. ☞ ¶ Quinto quod eorum sit prius dignitate. ☞ ¶ Sexto Quod sacerdotium non est prius causalitate Et ibi primo declarabitur quomō papa se hʒ ad bona exteriora ecclesiastica quo ad dominium. ☞ ¶ Septimo quomodo ipse se habet ad bona laicorum. ☞ ¶ Octauo ꝙ ipse nō habet iurisdictionem a christo in bonis laicorum et ꝙ xp̄s eam non habuit. ☞ ¶ Nono ponentur rationes ad contrarium et solutiones earum. ☞ ¶ Decimo ostendetur ꝙ dato ꝙ christus habuit eā tñ ipsam petro non dedit. ☞ ¶ Undecimo ponentur quadragitadue rationes dicentium ꝙ papa habet iurisdictionem in bonis temporalibus laycorū ☞ ¶ Duodecimo premittentur aliqua ad solutionem predictorum et ad intelligendum quam iurisdictionem vel auctoritatem habet Papa in temporalibus bonis et ibi ponentur auctoritates petro et alijs apostolis commisse a christo.

☞ ¶ Decimotertio Ostendetur ꝙ illis auctoritatibus commissis nō habent prelati ecclesiasticam iurisdictionem in temporalibus nec ob illas principes eis in temporalibus sunt subiecti. ☞ ¶ Decimoquarto ponentur rationes ad primum senarium rationum premissarum.

☞ ¶ Decimoquinto ad secundū senarium. ☞ ¶ Decimosexto ad tercium senarium. ☞ ¶ Decimo septimo od quartum. ☞ ¶ Decio octauo ad quintum. ☞ ¶ Decimonono ad sextum.

¶ Vicesimo ad ſeptimum. ¶ Viceſimo[p]rimo habebitur de donatione conſtantini et quid papa propter eaz poſſit. ¶ Viceſimoſecūdo oſtendetur An licitum ſit de huiuſmodi per ti-nentibus diſputare et iudicare.
¶ Viceſimotertio ponentur ratiōes aliorum ꝙ papa non poſſit reſigna-re. ¶ Viceſimoquarto oſtendetur ꝙ poteſt. ¶ Viceſimoquinto ſoluen-tur rationes predicte.

¶ Primum capitulū quid regnum: et vn-de habuit ortum.

Circa primuz igitur. Sciendum ꝙ re-gnum proprie acceptuz ſic poteſt diffiniri. ¶ Re-gnum eſt regimen multitudinis per fecte ad commune bonum ordinatū ab vno. In qua deſcriptione regimē ponitur pro genere multitudinis ve ro ponitur ad differentiam regimi-nis quo quilibet ſe ipſum regit: vel naturali inſtinctu vt contingit ī bru tis. ¶ Vel ſua ratione vt in ſolitari-am vitam ducentibus contingit.
¶ Perfecte ponitur ad differenti-am multitudinis domeſtice que nō eſt perfecta: quia ſibi non ſufficit ni ſi ad modicum tempus et non ad to tam vitam ſicut ciuitas ſecundum philoſophum in primo politice. Ad commune bonum ordinatum poni-tur ad differentiam tyrannidis obli garchie et democrachie: vbi rector ſolum intendit bonum ſuum et pre cipue in tyrannide. ¶ Ab vno vero ponitur ad differentiā ariſtocrachie id eſt principatus optimoruz ſeu op timatuz vbi ſcilicet pauci denomiān tur ſecundum virtutem. Quod re-gimen vocant aliqui Reſponſa pru-dentum vel ſenatus conſulta: ad dif ferantiam policrachie: vel policie: vbi populus denominatur. vel ple-biſſcita. ¶ Non eſt enim rex niſi qui ſolus dominatur. dicente domi-no per Ezechiel. xxxvii. capitu. Ser-uus meus dauid rex ſuper omnes erit. ¶ Eſt autem tale regimen a iu-re naturali ⁊ a iure gentium deriua tum. Nam cum homo ſit animal na turaliter politicum ſeu ciuile vt dici tur in primo politicorum: Qꝛ ſecun dum philoſophum oritur: ex victu: veſtitu defenſione in quibus ſibi ſo lus non ſufficit. Et etiam ex ſermo-ne qui eſt ad alterum que homini de bentur neceſſe eſt homini vt in mul titudine viuat et tali multitudine q̄ ſibi ſufficiat ad vitam. ¶ Huiuſmo-di autem nō eſt communitas dom⁹ vel vici ſed ciuitatis vel regni.
¶ Nam in ſola domo / vel vico non inueniuntur omnia ad victum veſti tum vel defenſionem neceſſaria ad totam vitam ſicut in ciuitate vel re-gno. ¶ Omnis autem multitudo quolibet querente quod ſuuz eſt diſ ſipatur et in diuerſa diſpergitur. ni-ſi ad bonum commune ordinetur ꝑ aliquem virum qui curam habeat de bono communi ſicut corpus ho-minis deflueret niſi eſſet aliqua vis communis in corpore qui ad bonuz commune omnium membrorum in tenderet. Propter quod Prouerbi orum vndecimo dicitur. Qꝛ vbi nō eſt gubernator populus corruet.
¶ Hoc autem eſt neceſſarium nam non eſt idem quod proprium eſt. Et ꝙ commune eſt ſecundum pro-prium: quidem differunt homines

per commune autem vtuntur diuersorum aut diuerse sunt cause.
Et ideo oportet preter id quod mouet ad proprium bonum vniuscuiusque esse aliquid quod moueat ad bonum commune multorum.
¶ Est autem vtilius regnum multitudinis per vnum qui preest secundum virtutem: quam per plures: vel paucos virtuosos.

Quod patet tum ex potentia. Nam in vno principante virtus est magis vnica quam in pluribus et ideo fortior. Tum ex vnitate et pace que itendi debet in regimine multitudinis. Nam plures principantes non seruant pacem multitudinis nisi fuerint vniti et concordes.
¶ Si ergo propter vnumquodque tale et illud magis vt dicit philosophus Unus princeps: seu principans secundum virtutem magis poterit seruare pacem quam plures et non tam de facili poterit turbari pax omnium. ¶ Tum etiam Quia princeps vnus intendens ad bonum commune habet oculum ad magis commune quam si plures dominentur. Etiam secundum virtutem. Et quanto plures excipiuntur tanto residuum est minus commune Et quanto pauciores: tanto residuum est magis commune. Propter quod dicit phs quod inter principaliter intendentes suum bonum proprium: tyrannus est peior quia magis proprium intendit et contemnit magis commune.
¶ Tum quia: in naturali regimine videmus totum ad vnum reduci vt in mixto corpore vnum elementum dominatur in humano corpore et heterogeneo vnum est principale membrum in toto homine et anima continet omnia elementa. Alia etiam gregalia vt apes et grues: quibus naturale est in societate viuere. Et obediunt naturaliter vni regi.

Ex quibus patet homini necessarium esse et vtile in multitudine viuere et maxime tali que sufficere potest ad totam vitam: vt est ciuitas et regnum et regio et precipue sub vero principante: propter bonum commune qui rex dicitur.
¶ Et patet etiam quod hoc regimen deriuatur non solum a iure naturali ex eo scilicet quod homo naturaliter est animal ciuile vel politicum et sociale intantum quod ante belum et ninum qui primitus regnauerunt homines non naturaliter nec vt homines sed more bestiarum sine regimine viuebant. vt narrat quosdam dixisse Orosius primo libro suo contra paganos. Et tullius consimilia dicit in principio veteris rethorice. ¶ Et philosophus dicit de talibus in politicis quod non viuunt vt homines sed vt dii vel bestie. Et cum per verba communia ad vitam communem naturaliter eis conuenientem: vt visum est a vita bestiali non possent huiusmodi homines reuocari: homines magis ratione vtentes eorum compatientes errori ad vitam communem sub vno aliquo ordinatam rationibus persuasoriis reuocare conati sunt. Et dicit Tullius Et ita reuocatos certis legibus ad viuendum communiter ligauerunt qui quidem leges hic ius gentium dici possunt.
¶ Et sic patet quod huiusmodi regimen a iure naturali et gentium deriuatur.



Capitulum secundum Quid sit sacerdotium: et unde habuit ortum.

Ceterū est consi10derandum φ homo nō solum ordinatur ad bonum tale quod per naturam potest acquiri quod est viuere tantum secundum virtutem sed ulterius ordinatur ad finē supernaturalem q̄ est vita eterna ad quam tota hoīm multitudo viuentiū secūdū virtutem ordinabilis est secundū φ patet in symbolo fidei nostre Et ideo oportet vnum aliquem esse: qui multitudinem fidelium dirigat ad hunc finem Et si quidem ad hunc finem posset peruenire virtute nature humane necessarium esset: vt ad officium regis humani pertineret dirigere homines in hunc finē quia hunc regem humanū dicim⁹ cui commissa est cura summa regiminis in rebus humanis. ¶ Sed quia vitam eternam non consequetur homo per virtutem nature humane sed diuine secundum illud apostoli romanorū sexto. Gratia dei vita eternā Ideo perducere ad istū finē non est humani regiminis sed diuini.

Ad illū igitur regem pertinet hoc regimen qui non solū est homo sed etiam deus scilicet christus iesus qui homines filios dei faciens introducit in vitam eternam: propter quod rex appellatur. dicente hieremia. Regnabit rex et sapiēs erit hoc autem regnum a deo patre est ei creditum quod non corrumpetur. ¶ Et quia ad curam regis pertinet remouere impedimenta pertingendi ad finem et conferre remedia et adiutoria perueniendi.

¶ Ideo christus seipsum offerens deo patri vt sacerdos simul et sacrificium impedimentum vniuersale per mortem suam remouit offensam scilicet dei patris pro communi peccato generis humani. Et propter hoc sacerdos verus dictus est pro hominibus ex hominibus assūptus hebreo. quinto. ¶ Uerum quia causam vniuersalem oportet coniungi particularibus effectibus necessarie fuit quedam habere remedia per que illud beneficium generale nobis aliquomodo iungeretur

Et illa sunt ecclesie sacramenta in quibus specialis virtus passionis christi continetur sicut virtus agentis in instrumento.

¶ Et ideo ipsa esse sensibilia conueniebat vt homini prouideretur secundum eius conditionem que est ad spiritualia et intelligibilia capienda deduci per sensibilia secundum illud Romanorum primo. Insensibilia dei per ea que facta sunt ⁊ cetera Et vt instrumenta ista verbo incarnato (cuius vt principalis agentis virtutem continent) proporcionata essent dum spiritualem virtutem cōtinent sensibilibus signis.

Ceterum quia christus presentiam suam carnalē erat ecclesie substracturus necessarium fuit vt alios ministros institueret q̄ huiusmodi sacramenta hominibus

ministrarent qui ideo sacerdotes dicuntur quasi sacra dantes vel sacra docentes homines.

Hos autem ministros ideo oportuit non angelos esse sed homines spiritualem virtutem sibi collatam habentes vnde apostolus hebreo. quinto. Omnis pontifex ex hominibus et pro hominibus assumptus est et cetera. Et hoc vt minister et ministerium conuenirent in quo est virtus spiritualis sub sensibili elemento et cause principali salutis hominum verbo scilicet incarnato secundum nostram salutem: virtute et auctoritate operatur: inquantum deus est et homo.

Ex his patet quod sacerdotium differri potest in hunc modum. Sacerdotium est spiritualis potestas ecclesie ministris ecclesie a christo collata ad dispensandum fidelibus sa[illegible]enta.

Capitulum tertium De ordine ministeriorum ad vnum summum: quod non est necesse omnes principes ad vnum reduci. Sicut ministros ecclesie ad vnum supremum.



Ceterum quia secundum apostolum secunda corintheo. tertio. Hec potestas data est ecclesie ad edificationem: oportet hanc potestatem tam diu durare in ecclesia quamdiu ecclesia edificatione indiget scilicet vsque ad finem mundi. Et ideo sic fuit data primo christi discipulis vt per eos diriuari posset ad alios. Inter quos oportet esse aliquos ministros superiores et perfectos qui huiusmodi sacerdotium alijs conferant ordinando et consecrando.

Et hii sunt epi super intendentes: qui licet non excedant simplices sacerdotes quantum adverum corpus christi consecrandum excedunt tamen in hijs que sunt ad fidem vel fideles. Nam episcopi sunt sacerdotes magni et perfecti Quia possunt alios facere sacerdotes quod non possunt simplices et inferiores. Et quidquid arduum circa fidelem populum est agendum episcopis reseruatur quorum auctoritate etiam sacerdotes possunt id quod illis committitur. Et in id que sacerdotes agunt vtuntur rebus ab episcopis consecratis vt calice altari et pallijs Et dicit Dyonisius. de ecclesiastica ierar. ca. de sacerdotalibus perfectionibus. Manifestum est autem quod licet populi distinguntur per diuersas dyoceses et ciuitates in quibus presunt episcopi diuersi in spiritualibus: tamen vna est omnium fidelium ecclesia et vnus populus xpianus. Et ideo sicut in qualibet dyocesi est vnus epus qui est caput ecclesie

in illo loco vel populo ita in tota ecclesia et in toto populo christiano e vnus summus episcopus papa. scz romanus petri successor: vt sic ecclesia militans per similitudinem a triumphante deriuetur vbi vnus presidet qui presidet toti vniuerso apoc. xxi / ipsi populus eius erunt et ipse deus cum eis erit eorum deus et ioelis primo. ¶ Congregabuntur filij iuda et filij israel pariter vt ponant sibi caput vnum. Johan. x. Fiet vnum ouile et vnus pastor quod quidez de christo intelligi non potest sed de aliquo alio ministro qui presit loco eius. ¶ Nam post corporalem substractionem presentie corporalis christi conuenit interdum circa ea que sunt fidei questiones moueri in quibus propter diuersitatem opinionum vel sententiarum, diuideretur ecclesia que ad sui vnitatem requirit: fidei vnitatem nisi per vnius sententiam ecclesie vnitas seruaretur. ¶ Hoc autem principatum huiusmodi habens est petrus successoresque eius. Non quidem sinodali ordinatione sed ex ore domini qui ecclesie sue noluit deficere in necessarijs ad salutem / ipso dicente. Johan. vlt. ante ascentionem petro singulariter. Pasce oues meas. et Luce. xxij. ante passionem. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ¶ Hunc autem ordinem ad vnum supremum magis inuenimus inter ministros ecclesie quam inter principes seculares quia ministri ecclesiastici diuino cultui specialiter deputati sunt domino. tanquam populus peculiaris. ¶ Et ideo ex diuino statuto est ordo omnium ministrorum ad vnum. ¶ Non sic autez fideles layci sic habent ex iure diuino quod subsint in temporalibus vni monarchie supremo / sed ex naturali instinctu qui ex deo est habent quod ciuiliter et in communitate viuant et per consequens vt ad bene viuendum in communi rectores eligant diuersos quidem secundum diuersitates communitatum. ¶ Quod autem ad vnum supremum hierarchiam in temporalibus reducantur nec ex inclinatione naturali nec ex iure diuino habent / nec eis conuenit ita sicut ministris ecclesiasticis.

¶ Primo quidez quia sicut in hominibus est diuersitas magna ex parte corporum non autem ex parte animarum cum omnes sint in eodem gradu essentiali constitute propter vnitatem speciei humane Ita secularis potestas plus habet diuersitatis secundum secularitatem et complexionum diuersitatem quam spiritualis que minus in talibus variatur. Non non oportet esse tant[illegible]rsitatem in vna sicut in alia.

Secunda quia non tantum sufficit vnus ad dominandum toti mundo in temporalibus sicut vnus sufficit in spiritualibus: quia potestas spiritualis censuram suaz transmutare potest faciliter ad omnes tam propinquos quam remotos cuz sit verbalis / non potestas secularis gladium suum cum effectu transmittere tam faciliter potest ad remotos (cum sit manualis / facilius enim est verbum extendere quam manum.

Tertio quia temporalia laicorum non) sunt communitatis / sz quilibet est dominus sue rei tanquam per suam industriaz acquisite / vt infra patebit et ideo non indigent dispen

fatore communi sed quilibꝫ sue rei sit ad libitum dispensator. ¶ Bona vero ecclesiastica communitati sunt collata vt videbitur infra: et ideo oꝫ ꝙ sit aliquis vnus qui communitati presit vt bonorum omnium cōis dispensator/ & dispensator non ꝫ tm̄ conuenit ꝙ presit aliquis vnus toti mundo in temporalibus laicorum sicut in temporalibus clericorum.

Quarto quia omnes fideles conueniūt in vna fide catholica sine qua non est salus et sepe cōuenit multas questiones oriri de ptinentibus ad salutem seu fidem i diuersis regionibus sicut regnis.

¶ Et ideo ne propter diuersitatem controuersiarū vnitas fidei destruatur necesse est vt dictum est vnum esse superiorem in spiritualibus per cuius sententiam controuersie criminentur. ¶ Sic autem non est necesse omnes fideles vniri in aliqua re publica communi sed possunt secundum diuersitatem climatum regionum et conditionum hominum esse diuersi modi viuendi et diuerse policie est virtuosum in vna gēte nō est virtuosum in alia. ¶ Sicut de singulis personis dicit pħs in secundo ethicorum ꝙ aliquid est vni parum quod alij est nimium. Sicut quod ē nimium magistro ginasiorum scilicꝫ comedere decem minas seu vncias esset paruꝫ miloni qui scilicꝫ vno ictu de pugno/taurum victimam faciebat vt dicit commentator.

Non est ergo sic necesse munduꝫ regi per vnum in temporalibus sicut necesse est ꝙ regatur per vnuꝫ in spiritualius nec ita trahitur a iure naturali vel diuino. Unde philosophus in polit. dicit generationeꝫ regni esse naturalem in singulis ciuitatibus vel regionibus non autem imperij vel monarchie.

¶ Augustinus etiaꝫ quarto de ciuitate dei dicit ꝙ melius & magis pacifice regebatur res publica cum vnius cuiusqꝫ vel vnuꝫ quodqꝫ regimen sue patrie terminis finiebatur. Et ibidem etiam dicit ꝙ causa dilationis imperij romani fuit ambitio propria dominandi vel prouocans alienas iniurias & sic non ita trahitur a iure naturali qꝺ in temporalibus sit vnus monarcha sicut in spiritualibus. ¶ Nec huic obuiat quod. vij. quest. prima in apibus vbi dicit ꝙ vnus debet preesse & non plures: quia ibi loquitur de re vna vbi non expedit plures ex indistincto dominari sicut ostendit de remo et romulo qui simul et ex indistincto dominabantur et ideo vnus in alium fratricidium commisit. ¶ Similiter ibideꝫ ostenditur per alia exempla.

Capitulum quartum quid sit prius regnum vel sacerdocium.

Nunc videndū est quid fuit prius tempore regnum vel sacerdocium. Ad quod sciēdum est ꝙ de regno lo-

quãdo ꝓpe prout notant regimẽ nõ solum domus vel vici ciuitatis sed prouincie in qua inuenitur maxime sufficientia eorum que pertinent ad totam vitam. ¶ Et loquendo de sacerdotio proprie prius fuit tempore regnum sacerdotio. ¶ Nam vt ait Aug. xvi°. de ciuitate. c. xvij. Primum regnorum fuit regnum assiriorum quod longe ante datam legẽ incepit qꝛ in assiria primo regnauit belus scꝫ. lxv. annis quo defuncto filiꝰ eius ninus regnum amplians ꝑ totam asiam maiorem exceptam india regnauit. lij. annis. xliij. ãnos habens in regno. quando natꝰ est abraham annos qui erat circiter millesimus. ccꝰ. ante vrbem conditam. Sic ergo cum isto regno incepit regnuꝫ sityoniorum in grecia qꝺ in sui principio non fuit tantum cuius primꝰ rex fuit egyaleus cuius filius fuit europs.

Eodem tp̃e iuenitur

de deum verum colentibus rex salem melchisedech: quem hebrei dicunt sem filium noe et dicunt euꝫ vixisse vsqꝫ ad ysaac.

His aũt tẽporibus iaꝫ

dudum ante veris regibus existentibus/nondum erat sacerdotium nec fuit vsqꝫ ad mediatoreꝫ dei et hominum christum iesum. ¶ Quod ex hoc patet. Naꝫ apud gentiles si qui sacerdotes dicebantur/non erant veri sacerdotes quia nec sacrificia offerebant nec vero deo sed estimato. Deut. xxxij. immolauerunt demonijs et non deo.

Si vero aliqui leui-

tici generis sub lege in dei populo dicebantur sacerdotes non erant veri sacerdotes sed figura verorum sacerdotum et eorum sacrificium tantummodo figurale et sacramẽta eorum non erant vera sed figuralia eo ꝙ a peccato non mundabant nec celum aperiebant sed figurabant/ mãdando quasdam irregularitates et aperiendo templum manufactum per quod apercio templi non manu facti per iesum christum figurabatur: nec promittebant spiritualia nisi sub specie temporalium secunduꝫ quod dicit apostolus hebreos. x. vmbram habet lex futurorum bonorũ.

Ante regem vero in

uenitur melchisedech/sacerdos dei summi cuius sacrdotium licet perfectius et prestantius esset sacerdotio leuitico tamen solum fuit figurale et non verum. Erat enim perfectius quia christi representabat sacertium ꝙtum ad illud in quo excellebat sacerdotium christi/sacerdotiuꝫ aaron/et sacerdotiuꝫ aaron in significando deficiebat a sacerdotio christi scilicet ꝙtum ad ꝑpetuitatem: qꝛ non legitur in scriptura melchisedech habere inicium vel finem sicut nec christus habuit. ¶ Et ꝙtum ad multa que ponit apostolus heb. quinto. sed tamen tantum erat figurale et non verum sicut nec sacerdotium leuiticum.

Accipiendo ergo ve-

rum sacerdotium non fuit sacerdo-

tium vsq ad mediatorem dei et hominum christum iesum. Cuius sacerdotii participes nos effecit.

Cum igitur abrahaz ante cuius natiuitatem fuerunt reges assiriorum sityoniorum egiptiorum et alii quidam floruerunt vsq ad christum secundum methodium duo milia annorum vel secundum alios illi. etc.

Manifestum e ante rum sacerdotium regnum duracione temporis fuisse et reges sibi erant (licet cum hoc illi qui vngebantur in proposito dei christum figurarent) cum officium eorum esset ad vite humane ciuilis necessitatem sicut modo.

Est tamen sciendum q si sacerdotium acciperetur larget improprie prout legalis sacerdos vel quilibet alius figuralis vel estimatiuus sacerdos dicebatur. Simul currit et cadit sacerdotium cum regno Nam in numero deum colentium melchisedech simul fuit rex salem et sacerdos dei summi et ab ipso secundum hebreos et secundum magistrum in historiis per primogenitos continuatum est sacerdotium vsq ad aaron.

Iste autem melchisedech secundum hebreos genuit arphaxat duobus annis post diluuium et flurerunt a diluuio vsq ad septuagesimum annum vite abrahe quando prima promissio ei facta est vt habetur. Genesis duodecimo. secundum planum littere anni. cccc lxx. vel secundum alios. cccc. xxx.

Apud vero alios ymmo simpliciter primum regnum olim fuit regnum assiriorum vt supradictum est cuius primus rex fuit belus. Ninus autem filius eius ei succedens in regno/patre defuncto ydolum fecit nominatum bel a quo denominata sunt ydola cetera prouinciarum vt beelphegor belsebut et alia huiusmodi instituit q sacerdotes siue flamines per quos sacrificia eis offerebantur.

Ex hiis satis patet regnum concurrisse cum sacerdotio sic accepte .s. estiato vel figurali diu tamen regnum precessisse sacerdotium verum.

Capitulum quintum quid sit prius dignitate regnum vel sacerdotium.

Ex predictis patere potest de facili qd sit pri dignitate regnu vel sacerdotium. Nam quod posterius est tempore solum prius esse dignitate vt perfectum imperfecto et finis eo q est ad finem. Et ideo dicim potestatem sacerdotalem maiorem ee potestate regali et ipsam precellere dignitate. qz hoc semp reperim

ꝙ illud ad quod pertinet vltimus finis perfectius est et melius et dirigit illud ad quod pertinet inferior finis. ¶ Regnum vero ad hoc ordinatum est vt multitudo congreta viuat secundum virtutem vt supra dictum est. ¶ Et cum hoc vlterius sacerdotium ordinatur ad altiorem finem qui est dei fruitio cuius directionis cura credita est christo cuius vicarij et ministri sunt sacerdotes: et ideo dignior est potestas sacerdotal' regali potestate. ¶ Et hoc conceditur communiter nonagesimasexta. distinctione capitulo. Duo quippe sunt. Non tam preciosius est aurum plumbo q̄ regia potestate ordo sacerdotalis est altior. ¶ Et extra de maioritate et obedientia capitulo. Solite dicitur: quia preferuntur spirituali temporalibus sicut sol: lune sic et cetera. ¶ Et hugo de sancto victore libro secundo de sacramentis parte secunda capitulo quarto. Ait sic. Quantum vita spiritualis dignior est q̄ terrena: et spiritus q̄ corpus. Ita potestas secularis terrenā potestatem honore et dignitate precellit. Et Bernardus ad eugenium papam capitulo primo. Que nam tibi videtur dignitas et potestas dimittendi peccata aut predia diuidendi: sed non est comparatio (quasi dicat) Maior est potestas spiritualis Eam ergo dignitate precellit. Nec tamen si principe maior est sacerdos dignitate et simpliciter oportet ꝙ eo sit maior in omnibus. ¶ Non enī sic se habet potestas secularis minor ad potestatem spiritualem maiorem ꝙ ex ea oriatur vel diriuetur sicut se habet potestas proconsulis ad imperatorem qui eo maior est in omnibus: quia potestas sua ab eo diriuatur. Sed se habet sicut potestas patrisfamilias ad potestatem magistri militum quarum vna non est deriuata ab alia. Sed ambe a quadam superiori potestate. Et ideo in aliquibus potestas secularis maior est potestate spirituali scꝫ in temporalibus nec quo ad ista est ei subiecta in aliquo: quia ab illa non oritur sed ambe oriuntur ab vna suprema potestate scilicet diuina immediate ꝓpter quod inferior non est omnino subiecta superiori sed in hijs solum in quibus suprema subiecit eam maiori.

¶ Quis enim diceret ꝙ quia doctor litterarum vel instructor morum ordinat omnes de domo ad nobiliorem finem scilꝫ ad cognitionem veritatis ideo ei medicus respicit inferiorem finem scilicꝫ corporum sanitatem sit ei subiectus in suis medicinalibus propinandis hoc enim non oportet cum paterfamilias qui vtrumqꝫ in domo constituit cum quo ad hoc non supposuerit ei.

Est ergo sacerdos in spiritualibus maior principe et econuerso in temporalibus princeps maior sacerdote licet simpliciter sacerdos maior sit quantum spirituale maius est temporali.

Et hoc etiam ostendunt exempla predictarum auctoritatum. Nam licet aurum sit preciosius plūbo. Tamen plumbum non est ex auro causaliter. Hoc etiam expresse dicitur secunda questione septima. Nos si imcompetenter.

¶ Est tamen considerandū ꝙ illud

quod dictum est intelligamus de vero sacerdotio cristi. Nam sacerdocium gentilium et totus diuin⁹ cult⁹ eorum erat propter temporalia bona que ordinantur ad bonum commune multitudinis cuius cura regi incumbit. Et ideo sacerdotes gentilium regibus subdebantur et mai⁹ erat sacerdocio regnum. Sicut superior est potestas cui incumbit cura de communi bono ꝙ potestas cui solum incumbit cura de particulari ¶ Similiter in veteri lege sacerdotium solum bona temporalia ꝓmittebat immediate licet non a demonibus sed a vero deo exibenda. Ideo etiam in veteri lege sacerdotiuz indignius erat potestate regia ⁊ ei subiectum quia per sacerdotem non dirigebatur rex ad aliquid alicui⁹ bono multitudinis cuius cura sibi incũbebat. ꝯ° autem est in noua lege. ¶ Est autem considerandũ ꝙ mirabiliter ex diuina prouidentia factuz est ꝙ in vrbe romana quam de⁹ preuideat fore principalem cristiani sacerdocij sedem. Iste mos paulatim innolesceret vt ciuitatis rectores (⁊ si non ex debito iusticie) (cũ simpliciter essent maiores sacerdotibus) pl⁹ ꝙ̃ in ceteris locis voluntarie se subdebant / dicente valerio omĩa post religionez ponenda / semper nostra ciuitas duxit: etiam in quibus summe maiestatis conspici decus voluit quapropter non dubitauerunt sacris imperia seruire. Ita se futura hũanorum rerum regimen estimẽtia Si diuine potentie bene atqꝫ constãter fuissent famulata. ¶ Quod quia futurum erat vt in Francia plurimuz vigeret religio sacerdocij christiani diuinitus est prouisum / ꝙ etiã apud galos gentiles sacerdotes (q̃s druides nominabant) totum gallicũ bellum diffinirent vt scripsit iulius cesar de gallico bello. ¶ Est igitur cristi sacerdotium dignius regia potestate.

¶ Capitulum sextuz ꝙ sacerdociuz nõ est prius regno causalitate. Et quomodo se habet papa ad exteriora bona ecclesiastica quo ad dominiuz.

Et q2 aliqui p̃eminentiaz sacerdocij super regiam potestatẽ vel dignitatez incantuz extollere volunt vt dicant sacerdocium non prius solum dignitate. Sed etiam causalitate et potestatem secularem in sacerdotali cõtineri ⁊ ab ea institui. ¶ Restat ostendendum quomodo papa qui supremum locũ tenet inter christi sacerdotes habeat vel non habeat potestatem. Ubi primo ostẽdetur quomodo se habeat ad bona exteriora quo ad diuinuz in rebus. ¶ Secundo dato ꝙ non sit verus dominus exteriorum bonorũ sed dispensator simpliciter vel ĩ casu an saltem habeat radicalem primariam auctoritatem vt superior et vt iurisdictionem exercens.

¶ Circa primum igitur

sciendum est primo quomodo se hẽat ad bona tẽporalia ecclesiasticarum personarum vt ecclesiastice sũt

¶ Ad quod sciendū q̄ bona ecclesia-
stica vt ecclesiastica sunt/collata sūt
communitatibus ecclesiarum seu
ipsis ecclesijs ⁊ non persone singula
ri ita q̄ in bonis ecclesiasticis nulla-
persona singularis habet ꝓprietatē
et dominium sed sola communitas
vt ecclesia carnotensis vel alia hu-
iusmodi est habens dominium et po
testatem in ipsis bonis vt sibi ꝓprijs
¶ Persona autem singularis non
vt singularis sed vt pars et mēbrū
cōmunitatis habet in ipsis ius vten
di ad sustentationem secundum ex
igentiam et decentiam persone sue
et status in quo tamen est differētia
quia est aliquod membrum simplex
vt simplex canonicus. Et illud non
habet nisi vsum. Et est aliquod mē-
brum quod est principale et caput to
cius communitatis vt ep̄s. ¶ Nam
non esset congregatio vna nec ordi-
nata nisi esset vnum caput et mem-
brum principale et illud non solū ha
bet vsum in bonis communitatis se
cundum exigentiam sui status mo-
do predicto sed habet administrati
onem et dispensationem generalē
omnium bonorum communitatis/
appropians cuilibet quod ei debetur
secundum debitam iusticie proporti
onem/dispensans etiā pro commu
ni bono collegij bona fide/vt sibi vi
detur expedire/⁊ ita est in qualibꝫ ec
clesia cathedrali. ¶ Uerum quia nō
solum quelibet congregatio ecclesia
sticorum virorum est vna in spiritu-
ali vnitate. ymo omnes ecclesiastice
congregationes habent quandam
generalem vnitatem in q̄tum sunt
vna ecclesia habens connexionē ad
vnum principale membrum cui in-
cumbit ecclesie cura generalis scili-
cet dominum papam. Ideo ipse tan

q̄ principale caput et principale mē
brum et supremum vniuersalis ec-
clesie. est generalis dispensator om-
nium generaliter bonorum ecclesia
sticorum spiritualium et temporali
um. ¶ Non quidam q̄ sit dominus
eorum sed sola cōitas vniuersalis ec
clesie est domina et proprietaria illo-
rum bonorum generaliter et singu-
le communitates et ecclesie domini
um habent in bonis sibi corrunden-
tibus. ¶ Similiter persone singula
res qualitercunqꝫ accepte dominiū
non habent licꝫ principalia membra
dispositi onem habeant non solum
respectu inferiorum. Sed etiam q̄-
tum faciunt fructus suos ex serui-
cio pinguiores secundum exigenti-
am persone vel status vel forsan a-
liquid eis vltra appropriatur ab vni-
uersali dispensatore sic ordinante vl̄
decernente seu determinante bona
fide prout iura a papatu cōdita distin-
gunt bona ecclesiastica quadrifariā
xij. q. ij. ¶ Ex hijs patet q̄ male di-
cunt qui dicunt q̄ nulla persona sin
gularis alia a papa nec collegium vl̄
communitas habet ius et dominiū
in bonis ecclesiasticis sed solus papa
qui non solum est administrator et
dispensator vniuersalis, sed verꝰ do-
minus et proprietarius bonorum ec
clesie et de eis ordinare et ea distra-
here potest prout vult et tenet fctm̄
suum (licet peccet nisi faciat ex cau-
sa rationabili) ¶ Et ceteri prelati vl̄
etiam principes et communitates
non habent dominiū sed solum sūt
talium bonorum procuratores tuto
res et dispensatores. ¶ Hoc patet es
se falsum ex predictis. Cum dictum
sit q̄ papa non sit dominus ecclesia-
sticorum bonorum generaliter nec
prelati inferiores bonorum sui colle

gij. ¶ Sed papa est dispensator et di-
spositor: et dispensator vniuersalis
bonorum ecclesiasticorum etiam am-
plius facit sibi fructus suos de bo-
nis communibus pinguiores secun-
dum exigentiam sui status quam prela-
ti inferiores qui vocati sunt in par-
tem solicitudinis non in plenitudi-
nem potestatis. ¶ Unde augu-
stinus ad bonifacium de prelatis lo-
quens omnes generaliter includēs
dicit. Si priuatum vel priuatim pos-
sidemus quod nobis sufficiat non il-
la nostra sunt sed illorum quorum pro-
curationem gerimus non quam proprietatē
nobis vsurpatione dampnabili vere
dicemus. Et apostolus ad corinthi.
iiij. non excludens petrum seu papā
Sic nos existimet homo vt ministros
christi et dispensatores misteriorū
dei. Et bene loquens de bonis tem-
poralibus dicit ad eugenium papam
libro secundo. Esto vt alia quacunque
ratione hoc tibi vendices non tamē
apostolico iure, nec illud tibi dare quod
non habuit petrus potuit. Argen-
tum inquit nō est mihi quod habu-
it hoc dedit scilicet solicitudinem su-
per ecclesias/non inquit dominationem
audi ipsum non vt dominantes in-
quit in clero sed forma facti gregis:
hec bernardus. ¶ Quod etiam ex
hoc euidens est quia clericis vt cleri-
ci sunt et monachis vt monachi sūt
non repugnat habere dominiū bo-
norum exteriorum saltem in commu-
ni. Qui ex voto non sunt incapaces si-
cut aliqui religiosi. Cum ergo fun-
datores ecclesiarum intenderunt do-
miniū et proprietatem bonorū que
dabant transferre primo et directe i
communitatem collegij scilicet talis
ecclesie ad vsum deo seruientium et
non in dominum papam. Manife-
stum est quod communitas ipsa habet
immediatum et verum dominium
in bonis ipsis et non papa vel prela-
tus alias inferior.

¶ Aliter enim quo ad
talia bona non differret modus vi-
uendi clericorum et monachorum a
modo viuendi fratrum minorū qui
ex voto suo sunt incapaces dominij
talium bonorum in proprio et in cō-
muni. ¶ Habent enim tantum
vsum facti vt dicit nicholaus papa
quartus. Et ne bona eis collata (quia ex
eo quod conferuntur personis ecclesia-
sticis sunt facta ecclesiastica) sint va-
ga et incerta, dominus papa suscepit
in se ius et dominium eorum.

¶ Sed quero per quē
potest hoc dominium papa suscipe-
re cum non habeat potestatem in tē-
poralibus sed habent doctorem nec
bona ecclesia sua sint sed communi-
tatis. ¶ Absit autem quod ad bona ex-
teriora nō aliter se habeāt clerici se-
culares et alij religiosi. Cū etiā dicat
papa nicholaus i eadē decretali quod mo-
nachus monasterio et seruus dño acqui-
rit ius et dñiū in re aliqua. ¶ Non ergo
solus papa dñs est imo nec dominus
sed dispensator gñalis et episcopus
vel abbas dispensator spiritualis et
immediatus. Cōitas aūt dñium ve-
rum hz in bonis ecclesiasticis. Am-
plius non pōt dici quod papa ius et dñi-
um in talibus bonis hēat non vt est
persona priuata sed vt est persōa pu-
blicata et vicarius xpi cuius sunt om-
nia talia bona vt dñi pricipalis et pro-
prie vt eius vicarij generalis. Hoc enī
dicere non valet. quia xps scdm quod deus
est dominus non solum bonorum
ecclesiasticorum sed etiā oim aliorum

Ut autez homo non habet communitatem et conuersationem corporalem cum hijs qui sunt in ecclesia Nec illi qui conferunt bona ecclesie intendunt ius et dominium transferre in xp̄m siue secundum q̄ deus quia sic omnia sua sunt siue secūdū q̄ homo quia illis nunc non indiget sed in ministros xp̄i. et ideo talia bona sūt ecclesie q̄tum ad proprietatē sed prelatorum q̄tum ad dispensationem vt dictum est. ¶ Ex quo etiam patet q̄ papa non potest ad libitum detrahere seu distrahere bona ecclesiarum ita quod quicquid ordiet de ipsis teneat. ¶ Hoc enim verum esset si esset dominus sed cum sit dispensator bonorum communitatis i quo requiritur bona fides. ¶ Nō habet sibi colatam potestatem sup ipsis nisi ad necessitatem vel vtilitatez ecclesie communis. Unde ap⁹. ij. corinth. xiij. Agam secunduz potestatem quam dominus dedit michi in edificationem et non in destructionem propter quod si aliter ꝑ libito distrahat papa non bona fide de iure non tenet/et non solum tenetur ad penitentiam de peccato. q. ꝑpter abusum rei non sue / sed infideliter agit et ad restitutionem tenetur.

